

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 26.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 26.

Cœnantibus autem eis, accepit Iesus
panem, & benedixit ac frēgit de-
ditque discipulis suis, & ait: Acci-
pite & comedite: hoc est corpus
meum.

QVÆSTIO I.

An cœna sit Eucharistia?

¶. 1. **M**oris est apud Sectarios Eucharistia celebrationem nominare cœnam. Nosterverit, cœnabuntis, in Græco est ἡ οἰτων, edentibus, 1. Cor. 11. 24. ἡ τὸ δεῖννον, post cœnasse. & apud Ioh. 13. 4. satia cœnā. Non igitur proprium est cœna hoc fac. amendum, licet nonadum mensis remotis Apostolis sit datum.

I. Corinth. 11. 20. quæ nominatur cœna dominica
non est Eucharistia, sed agape, quam diuines pauperi-
bus præbebant, ut quibusdā videtur. Verum constan-
ter dominicam cœnam appellant Patres institutio-
nem Eucharistie, ut Augustinus de sermone Domini
in monte, lib. 2. cap. 7. Calviniani cœnam appellant,
ut veterem loquendi modum, quo corpus & sanguis
Domini vocantur, sensim oblitterent. Quod tamen
minus commode faciunt, cum matutino tempore &
ipso, non pomeridianio administrant, quæ est antiquissi-
ma Ecclesiæ consuetudo. Nam celebrabant ante-
lucanis cœtibus Eucharistiam, quorum Plinius ad
Traianum meminit. Et Tertullianus ad vxorem lib.
2. cap. 5. Non sicut maritus, quid secreto ante omnem cibum
gufies. Et lib. de corona militis. cap. 3. Eucharistia Sacra-
mentum, & in tempore victimæ, & omnibus mandatum à Do-
mino etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, quam
presidentium sumimus. Sic Cyprian. Epistol. 6. ad Ca-
cilium. Ch istum vesperti obutile, nos mane resur-
rectionem Domini celebrare: itaque calumnia est
Magdeburgensium, dñm hanc confutudinem ad
Montanistas referunt. Porro vides hic visitatum Eu-
charistia nomen, tempore Tertulliani, quod etiam
dominicum Africani appellantur.

Imo adeo notum hoc nomen fuit, vt non modo Ecclesia Latina, verum Syriana etiam fuit visitatum. Nam Actorum 2. ver. 42. vbi nos habemus, εν την αὐγαστην. In fractione panis. In Syro est: בָּקְצָא רַאֲבָרְסָטְרָה Baketzaia deucharistia, vbi dicitur primum signum est Genitii seu regiminis. Non possum intermitte e, uia fraudem in parva re, & manifestam ostendam, qua imperitia suorum Lutheran abusus sunt in versione responsi, quod Hieremias Constantinop. ad quæstiones eorum, & postu'a. a reddidit. Verba Constantinopolitani sunt. καὶ ταῦτα διδάσκειν ἐν τοῖς λαοῖς λατρίᾳ. vbi illi: vocatur autem Eucharistia, seu rationalis cultus illa, cærimonia, seu ritus sacer. At πλατεῖα est sacrificium, oblatio, non quilibet ritus sacer. sicut τελεταὶ ibidem verba appellant, cū non modo Hieremias vrgear. Missam, & Eucharistiam esse πλατεῖα λεπροφύλακας, sacrificium, quod illi negabant, sed alii quoque ea vtantur significacione: sunt enim τέλα hostis maiores, sanctiores etiam apud genitiles, & Christum uocat Dionyssius Areopagita πλατεῖα, hoc est, summum sacerdotem, quod non minus improbe vertunt quidam nouato-

rum etiam in Lexicis suis, *cerimoniarum conditorum*, non minore Christi filii Dei, quam Catholicæ religionis contemptu. Ita in Iacob. Cellarii Lexico et *reætatu*. Augustini us lib. 10. de ciuit. Dei dixit confirmationem, alii *invictus et inviolatus*. Gaza sacram venti. Sed maior fraus in versione Hieremias, qui se se ipse expletat.

Quod dixerat: καὶ τὸ μὲν ἡ τροφοῦ ἀπόστολος, τὸ δὲ
εχτὸς ἡ γνώσις. Et sit quidem oblatio, sit autem & iniunctio
ter sacrificium. Quomodo aurem fiat, ostendit. τὸ
τὸ εἰδὸν με τελετὴν αὐτὸν σωμα, τὸν αὐματὸν τὸν εἰπανό-
τε τὰ διάτα χάρακτον τελεσθεῖσαν. Αὐτὸν τὸν τελετὴν
& τὸν. Et mutatio specierum in corpore, & sanguinem Dom-
ni, occulte diuina sacrificium gratia perficiunt, seu perlati-
re, & precibus τελεσθεῖσα, hoc est, sacrificium personatum,
non autem perficiuntibus tantum, omnia enim illa
verba τελεσθεῖσα, sunt sacrificiorum, sicut
τερερόντα.

QVÆSTIO II.

Quomodo benedixit?

§. I. **M**ultis voluminibus versus hic: & sequentiis
disputantur: Ego memor huius mei institu-
tuti, ostendam duxi: quid ex hisce verbis pro-
priate Catholica contra haereses disputari possit, quid
insuper ipsis inter se discordes obiciant. Quod si au-
tem illius tota Scriptura locus est, varie agitatur, ac in-
multiplices sensus distractus, hic profecto canticis inter-
pretationum varietate vexatur, & vel numerum quer-
tentiarum querere sit operosum.

§. 2. De Iudæorum consuetudine & distributione, benedictione ac fractione panis rem omitto, cum quod à plurimis tractetur, tunc quod ad institutum meum non magnopere faciat. Summa nobis benedictione controversia est. Calvinus ridiculopat Papistas, quod crucis figuram festi dicunt, at vero nemo nostrum id asserit, nec tamen non efficiunt asserimus, veterum nonnulli censent. Melata fecit Iustus quæ scripta non sunt, nos de incertitudine affirmamus, temerarios eos indicamus, quinque argumento s. & c. in negant.

Negant harēc p̄cip̄e, ique p̄ni benedixit, itaque B̄
d̄iōnōrēs referunt ad D̄cum, atq̄s int̄ p̄terantur
d̄x̄c̄s̄t̄os̄, gratias agens. Nam v̄i quoque verbo Eu-
anḡlist̄a v̄i int̄. Beza itaque v̄tra, ut ac p̄p̄to
eodem. P̄fator tamē in Ḡrc̄is p̄tior exēs-
t̄iam interp̄atur. *Δέσμοντος τοῦ ἀρρώνος*, Benedix p̄
ni. Nam ac i p̄iens calicem d̄x̄c̄s̄t̄os̄, gratias agens.
Clara sententia est, *λαζαρὸν δὲ Ἰησοῦ τὸν ἀπόστολον ἐκτείνει*. Accipiens Iesu panem postquam benedixit,
fringit. De benedictione illa Luca nono, versiculis
mo sexto, & i. Corinth. ro. egi. Certum est Deo gratias agis solitas & benedixit Christus creaturis. Pa-
lus enim vocat calicem benedictionis, cui benedictum. Imo
d̄x̄c̄s̄t̄os̄ est etiam benedicere, & Syrus vertitur sicut,
בְּרָא בְּרָא. Sic Ecclesia vtrumque coniungit. Tibi
gratias agens benedixit. Hinc Gr̄ci vocant *εὐχαριστίαν*
ut *εὐχαριστία* benedictum cibum.

Dubium esse nemini debet, quin gratiarum actio, Dei laudatio, creaturae unum benedictio, & sanctificatio coniuncta fuerint. Hoc enim nobis Liturgia veteres exprimunt. Aethiopica qua est Matthei, apud Genebrardum, est in fine saeculi primi mentio, habetur gratias egiri, benedixit, & sanctificavit, & dedit discipulis dicens. Et ne Caluinus cracem mittetur, cum facetos dicit. Benedic, sanctifica, munda, crucem facit ad verba singula. Et in Litania Iacobi minoris est iherosolimae in die missarum, &c. Sacra.

Sacerdos signans dona, dicit. Christi vero actionem in
cenaclo recte sicut. *Αὐτὸις οὖτε εἰς τὸ ζεῦγον, οὐτὸις εἰς εἰς τὸ θηρίον τὸ μετεπεπονθόντος οὐακούσαντος.* Suspicies
in talium, & ostendens ibi Deo ac Patri, gratias agens, & sancti-
ficantis frangens, &c. De calice sua. *Δε τὸν τὸ μήνας, τὸν*
τριπλάσιον τὸν θηρίον τὸν ζεῦγον, τοι τοι οὐακός εἰς τὸ ζεῦγον
τοι αὐτοῖς τοι τοι θηρίον τοι τοι ζεῦγον, οὐακούσαντος,
οὐακούσαντος, οὐακούσαντος τὸν θηρίον τὸν ζεῦγον. Accipiens calicem, &
terram & aqua misericordia, ibi Deo ac Patri ostendens, gratias ag-
ens, sanctificans, benedicens, impletus spiritu sancto. Lita-
tina Iacobi maioris qua est apud Clemenciam I. 8. con-
stitut. cap. 12. & seq. tributus. Vide Terraniūm, & ve-
testri Proclum Conitam. Beſtariouem, Nicolaum Me-
thonen. In ea cum de calice agitur, habet apud
sanctiphans. Nota est S. Petri apolog. 4. de qua Wil-
helmus Lindanus in apologia, Francic. Turnan. lib. 2.
Charact. dogmat. Indorus H. spalensis olim lib. 2. of-
ficiorum, de misa, P. Schasius Abbas Corbieiensis lib.
de Copote, & sanguine Domini. Cum igitur Aposto-
lum testimonio constet hæc omnia facta est in ve-
teri Liturgia, plus quam Satana est malitia, atque im-
pudicacia, confraternitatem appellare magiam, non a-
gnolere benedictionem creaturatum. Non enim
magia est, sed diuiniū in sicutum, omnem creaturam
ludificare per verbum Dei. Manent istarum Litur-
giarum enim in Græca Ecclesia hodieque exercititia.
Hieremias in Responso cap. 13. ita habet, vertentibus
Tabinganis.

tionem Christi corpus, significatur. Eodem loco. Quæ autem sit benedictio declarat, cum ait: *Vbi ipsa verba Salvatoris operantur*. Chrys. hom. 3. de proditione Iude. In Liturgia Iacobi minoris, de qua can. 32. Trullano, Synod. 6. Proclusetiam & Beslation in meminerint. Vide Claudio Sanctum, prefat. in Liturgias Patrum. Similiter & Matthæi, qua videntur Æthiopes, iunguntur ista, benedixit, grarias egit. Ceterum quoniam verbo rati benedictio. Chrys. hom. 3. de proditione Iude. exponit. *Sacerdote ore verba proferantur & Dei virtus consecrantur & grata, Hoc est, ait, corpus meum: hoc verbo proficia & conservantur.* Et sicut illa vox quæ dixit: *crescite & multiplicamini & replete terram, semel quidem dicta est, sed omnem tempore sentit effutum: ad generationem operante natura: ut & vos illa, semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesie, vñque ad hodiernum diem, & vñq[ue] ad eius aduentum prefat, ariuicio firmantur.*

QVÆSTIO III.

Quid est; fregit?

¶. 1. **C**VM pānis vnuſ duntaxat̄ s̄ler, vt in plures
distribut̄teretur, frangendus, aut ſcindendus
erat. Nec aliuſ mysteriū hic inuenio, niſi quis fra-
ctione pānis, corporis in paſſione vulneratiōnem, &
ceſiſiōnem in diſcarci cēnēat. **Q**uidam fractiō nemā
liuſ non eſſe pūtan quām diſtributionem: **Q**uod
quidem in Hebræa Lingua vſitatum eſt, ſed ad hunc
locum non pertinet. **H**ic enim dicitur **τέλεσθε**, **καὶ** **διδόσθε**,
ſegit, & dedit. Proprietatiq; hic accipit̄rū fractiō. **D**einde
Hebræuſ verbum **שְׁבָרֵב Schabar**, eſt frangere, cibos
diſtribuere, fragmenta facere. **S**ic Deuter. 2. 28. vertunt
70. **βρυπετε ἀπό τοῦ στονδοῦ εἰς ποιοὺς τίβοις ἀργεῖο τριβούς**
mibi. **S**ic Proverb. 11. 16. vertunt **μεταδόσθεν**, diſtribuere.
vbi Aq. Theod. **τηλέσθεν Sym. ταλαιν**, vendere. quo-
modo etiam Genesiſ 41. 57. & 42. 6. interpretantur 70.
at Genesiſ 41. 58. eſt **απειρεῖν** emere. & Daniel 2. 8. **επα-**
γεγένεν rediſere. **S**ic **τέλεσθε cibus, fractiō, emptiō, ci-**
bus **τριτικū** Gen. 42. 12. at vero apud Matthæum
& alios Euangeliſtas; non eſt verbum Schabar, ſed
τέλεσθε quod eſt proprie extirpare, extrema preſcindere,
ſuccidere, **ἀπέρνεν** abradere. **H**ic **τέλεσθε** **Katez. σέσον**, finis,
11. 16. 15. **τέλεσθε** **Iud. 11. 39. 2. Reg. 15. 7. οὐτιανα** conſum-
matio. Daniel. 12. 4. Non habet autem diſtribuendi,
vel paſcendi ſignificationem.

§. 2. Zwingianos frangendi verbum in partes
tres diuulsi. Ita ut iam in eorum Ecclesia sint tria genera-
triactionario. Vnum est p. fractissimum eorum
qui fractiōnem panis partem sacramenti essentilem
fingunt, ita ut sine illa celebrari non possit, ita Beza in
confessione sua p. 30. & lib. i. Epistol. *Fractiōnem non*
minimam esse partem actionis sacrae. & fol. 28. *Qui fractiō-*
nen panis non adhibent, inquit, Christum quodammodo non
imolunt, neque vetere illa vicinarum legalium dissectione
adumbratur, & totidem pene Christos, quod singulares panes
tradere videntur.

Eadem in opinione est Matloratus, in exposit. Eccl. Petzelius, Oleuanus, Widebrandus, omnino necessariam putant.

Alterum genus ordiaphoristarum fractionariorum: illitem adiaphorati arbitrantur. Hemmingius in Epistol. Apolstol. pagin. 209. non esse præcepti arbitratratur, ita videtur Musculus hoc loco, & Bulingerus homil. de cena: Zwinglius comment. de Eucharistia dubitat. Beza lib. Epist. fol. 28. mutata opinione putat cana Dominica nihil decadere, etiam si singulis oblationibus in os ingerantur. & lib. 2. q. fractionem panis concordie dominice intermissionem non abolere ipsam fortissimam Sacramentum, quandoquidem ad confessionem Sacramentum non pertineat.

Pareus fractionem præceptam esse, non partem es-
tentialem docuit, in Catechismo Heidelbergensi par-
tem substantialem aint, vt sine ea cena celebrari
non queat iuxta Christi institutionem. Casparus Isel-
bergius docuit fræt. onem esse esentialem, sed Brem-
tamen vñus est rotundis particulis, nec fractionem re-
quisiuit. de his plura in i. Cor. c. 11.

De cerimo-
niis litigant
rem ipsam
negant.

§. 3. Ridicula porro eorum est hypocrisis, cum de
cerimoniis digladiantur, rem ipsam è medio collant,
& eo tamen vñque proterua graßata est, vt in matuos
anathematismos exardescant. Verum superstitiosos
haerent in externis, cum plura tamen negligant, neque
enim in cena ista faciunt, neque pedes lauant. Nec
hoc quidem considerant, ideo fregisse panem, quod
paruuli panes ad manum non essent, ex uno enim pa-
ne omnibus dedit. Quod si illa cerimonia ad Sacra-
menta essentiam pertinet, quia vno pane vñus est Do-
minus, etiam in numerosis cestibus vno pane dunta-
xat viendum est. Verum hac de Epist. i. Corinth. 11.
actum. Hoc tenendum est panem à Christo fractum i-
nitio, deinde consecratum, ac benedictum discipulis
datum, hoc corpus Christi quod apostolus dicit *καὶ ἐπ*
τὸν ἄνθρακαν, quod pro vobis frangitur, quod non nisi
impie ad panem potest restari. Quod explicandum
est eo modo, quo dictum est ante de *שׁב שׁבָּה* Schabar,
fregit.

Q V A E S T I O I V .

*Quæ hæresis in controvërsiâ de Eucharistiâ
fuerunt:*

§. 1. P ræcipuæ enumerandæ sunt, quæ & hæc &
alia verba ad suam perditionem deprau-
runt. Sola autem recensione eatur satis, in quo
quisq; debet, vt in Ecclesia permaneat, & à qua Scrit-
turam accipit, ab eadem etiam audiatur in pre-
tationem.

Caperna-
ta.

Iudas.

Simoniani.
Menandri-
ni.

Gnostici.

Prima hæresis fuit Capernitarum & Iudæ, cum e-
nini Ioan. 6. 51. 52. 56. Audiebat carnem Christi co-
mendam, & cibum esse. Dixit autem: Durus est hic ser-
mo, & quia potissimum audire, discesseruntque à Christo, later-
eos & Iudas fuit. Nonne ego duodecim elegi, & vñus ex vobis
Diabolus es? inquit Christus. Iudam non credidisse
confitit ex cap. 6. Ioan. 65. Sed sunt quidam ex vobis, qui
non credunt; Sciebat enim ab initio Jesus qui essent non cre-
dentes, & quia tradidit vos effet eum. Iudas igitur traditor
erat ex non cred. tribus. Atq; haec est lenteñia Chry-
stostom. homil. 46. in Ioan. Augustin. tract. 27. Theophylactus in 6. Ioan. noster Val. lib. 1. cap. 2. de reali
præsenti corporis Christi. Quod ad Theophylactum attinet, veram putat quorundam suorum antecel-
lortum lenteñia, qui Iudam in cena corpus Christi
sumpſibile quidem, non edisse autem, sed Iudas per
contumeliam ostendisse, poculum bibisse autem,
quod dissimulare nequiebat, docuerunt. Secuti sunt
Iudam, Capernitaras Simoniani, Menandriani, & qui-
cunque humanaum Christum induisse carnem inchia-
ti sunt; illi enim cum corpus Christi aspectib[us] con-
tenderent esse Phantasticum, non posuerunt verita-
tem eius in Eucharistia agnoscere, quam in sua sub-
stantia negabant. Error ille etiam in quibusdam Cor-
inthiis fuit, qui tamen veritatem carnis in Christo
confitentes, de Eucharistia non dum satis edicti er-
ant, ita Cyrillus libro quarto Pentabibli, citatus
a nostro Turiano in libro primo, canon. Apostol.
capite 14. Sed hos errantes, non hæreticos appellaro.

Secuti inde Gnostici quorum in profananda Eu-
charistia tanta erat turpitudo, quam Epiphan, hæres.

26. recenset, vt aures metito abhorreant, animos-
que. Epiphan, hæresi 26. impunitatem corum de-
scribit.

Montanistarum non omnino absimilis impro-
tas, qui infantium compunctionum sanguine fan-
nam miscebant, ex qua Eucharistiam conficiebant,
ita Epiphan, hæresi 48. Augustinus hæresi 26. Atro-
tyrta qui & Priscilliani, & Quintiliiani, & Pepu-
ziani, ex caseo & pane Eucharistiam suam compolu-
rit. Epiphan, hæresi 49. Augustinus 27. Tatianus & Enca-
ptis materia Eucharistiae aqua fuit, vnde & Aquano-
rum illis nomen est tributum. dicti sunt & Hydrius
rastata, Augustinus etiam, hæresi 64. Epiphan, 26. Cris-
tian. Epist. 67.

§. 2. Manichæi fieri corpus Christi expanegar-
bant. Prat. V. Manichæi, Gnosticorum feditatis Mani-
in illa imitabantur. Cybill. Catechel. 6. Augustinus.
46. de cildem Augustinus. lib. 20. contra Faustum
capite decimo tertio, decimo quinto decimo texto. Ver-
ba etiam Ch. isti in eadem calumnias barat. Leo tert.
6. de ieu. 10 mensis 7.

Origenistis, non Origeni Theophylus, Alexan-
dru, & Concil. Nicenum etiam contemptum Eucha-
ristie adscribit. Quod in dñm existit mæcius in
bus testis, vt pane & vino, res coelites quasi in-
cludi, & in ilis percipi. Paulus Samosatenus de
corruptione corporis. C. H. R. I. S. T. I. in Eucharistia.
periculose disputare coepit. Teste Dionysio Alex-
andrinus.

Arianos etiam in Eucharistia, errores defendantur
constat ex Epiphano hæresi 68. Ex eo primo
quod filium assumptum quidam dicerent isolam-
nem ab sine anima. Quod etiam ex Cybillo libro
decimo, in caput decimum tertium Ioan. colligimus,
tealem eos non negasse presentiam. An forte inquit,
Arianus putat ignoram nobis mystica benedictio effi-
cuit? Quæ cum in nobis fiat, nonne corpori quoque
facit communicatione carnis Christi, Christum in nobis be-
livare. Eosdem sermonem de paucitate, cum Nazar-
enus huius erroris accusat. Certe mysteria Cam-
bolicorum pedibus conculcata, & modis indi-
cata soliti sunt.

De Vrbico apud Augustinum Epistol. 86. qui ten-
sunt, dub. 10. Augustini verba sunt. Dicit enim p[ro]p[ter]e
pecus, tanquam neficiens, & tunc in mens. Domini p[ro]p[ter]e
propositione ponit solere, & nunc se de agnissimmaculatione
repartem sumere.

Possit forte excusari quasi sanguini p[ro]p[ter]e quia
spectabilis cæde effundebatur, diceret poculum su-
cessisse, in quo quidem sanguis verus, sed non vi-
sibili modo continebatur. Verum Augustinus cor-
rigendum vel eitorum, vel loquendi modum p[ro]p[ter]e
sunt.

Messaliani Eucharistiam in r[ati]o d[icit] 10. ex in-
differenteribus, esse docebant, eius perceptionem ne
vilitatem, ne omissionem, habere culpam. Theodo-
ret. lib. 4. histor. c. 10.

§. 3. Ikonistæ, vt est Act. 6. Nicena Synodis
cunda, in Eucharistia dicebant esse viuifice carnis
imaginem, non veritatem, id esse videtur Ne-
p[ro]p[ter]o dogmate, vt ex Cybillo Anathem. 2. confat.
Fuisse quidam etiam Damasceni tempore con-
stat, qui figuram corporis in Eucharistia esse dice-
rent.

Ridicula fuit Paulicianum, seu Paulio Ioannita-
num, seu Atinganorum hæresis tempore Constantini,
qui Nepos Heraclii fuit, Christum cum dicere: At-
cipe, comedite, verba, non panem, aut vinum, neum
corpus suum dedisse, ita sola suis verba dabant.
Euthym. auctor. Idem in Pagnol. tit. vigesimo primo.
Amet.

Armenios ait, in Sacramento negasse verum Christi corpus, sed esse in eo corpus diuinitatis; nam corpus in diuinitatem mutatum esse imaginabantur. Vide Georg. Cedr. Anno 640. Sand. hæref. 132. Successerunt deinde alii atque alii pestes ex errorum barathro exhalati, & mundum in fuscum. Bogomili etiam sub Alexio Commeno Eucharistiam in templis damnorum sacrificia esse blasphemabant. Euthy. Panopli. ut. 13. Hoc illi de Misi. à proprie dicebant; alioquin Eucharistiam dicebant esse orationem dominicam. Auctor eorum Basilius medicus, Trinitatis negotiorum, anthropomorpha, iconoclasta. Mundum ab angelis conditum, Michaelem incarnatum dicebat, resurrectionem negabat.

§. 4. Mahomedani, ut Aeterno testatur; Impios Christianos dicebant, quod Deum suum comedentes. Sacram, Iudei; alii etiam rogare solebant, quantum illud esset corpus, quod tot edentibus per tota scula sufficeret?

§. 5. Ecclesiam Latinam turbans primus Iohannes Scorus, Anno circiter 886, damnatus est in Concilio Vercellensi. ita Lanfrancus lib. de veritate corporis & logium in Eucharistia. Tritenius à Carolo Magno vocatum ait, suffit Monachum Benedictum; Beda dicit ipsum, Graece doctum. Gaguinus lib. 5. graphius ab auditib. confessum refert. Oecolampadius lib. 3. Epistol. Vadianus lib. 3. aphorism. ut Se- cunda facit auctorem. Bellarri. lib. 1. cap. 1. de sacra. Eucha. dub & scriptisse affimat. Eodem perie- tione Bertramus eandem. Quæstionem mouit, quem Paschafius Corbecensis Abbas confutauit. Scriptisse librum ad Carolum & de arguento tradidit. Verum Bertramus negavit libri auctorem, nec desunt rationes. Claudius de Sanctis existimat, fraudem faciat, ut hæres magni viri auctoritate reddicatur commendabilis. Iudicium eius auctoritatem. Eodem, in quaest. 2. de veritate Eucharistie. Tritenio auctore, illo scilicet Bertramus, sacra in literis & prosanu commen- datur & monachus. Tum editus est liber de Eucharis- tia, quem nos Bertramo ascribunt. Sed quo minus ei tri- buanus sum multus. Imprimis verum illum Bertramus to- loit, non spingentes nemo hæreses reprehendit, quasi male fisiunt. Et refutat in Catalogum scriptorum Ecclesiast. con- sum, id non minus vita, quam doctrina, in genio, & eloquio & Catholicus, nec memoratur de Eucharistia quicquam scripsisse. Dem de in controversia Berengariana Catholici Ber- tramo proximi nihil ita quicquam ipsi imputant, ut faciunt scilicet quod Berengarius excollebat, & se imitari iactabat, non iactatur de Bertramo; magnus nominis viro, si quid illi de sua hæresi acceptum serre. Instep cum Paschafius Cor- becensis, quicquam illa scilicet viri, suum scriptum opponat corru- ptilib. qui Bertrami dicebatur, ut ex collatione notum fiet, præsumebio Bertrami non minus non percipitur, ne quis tam viri iuritate faberetur. Postremo hoc liber Bertrami excellenter. & probatum præ se fert, aut sapit, sed artem calidit. & impu- leni hæretici, sumulant, se à Catholicis fide non recedere, cu- ius locutionibus viri, cum tam in defensu in hæresin Berengari- anam, cui viam fecit, ac tandem agnoscat sententiam, quam introducta recepta doctrina de Eucharistia repugnare. Sic enim videtur. Hec si probatur, Catholicis dicta, sicut vestre meritis dignata. Si minus placuerit, id nostra deputetur insipientia, que, quod opinari, minus efficaciter explicare potuit. Indicat quisque sibi suam doctrinam ab Ecclesia non approbari, & te- flauit se a suis scriptis quasi non poteris simplicius & ap- prius. Itaq; certum est, orationum disputacionem de trans- substantiatione, ac Corporis Christi in Eucharistia veritate & rebus institutionis circa seculum Caroli Magni, & Caroli Cal- vi, quemadmodum cernitur ex Rabano Mauro, Paschafio Cor- becensi, & tum ex illo librum, quem nunc Bertramo assignavit, paschafius responderit. Sed credibile est, tum produisse An- hymum cui auctor non fuerit auctor nonen apponere, ne statum

ad Ecclesie iudicium traheretur; sicut Berengarius, cum primus innatus, vocatus est. Tandem vel nostra solum atate per Oecolampadien, qui prior emisit hunc libellum, vel post Berengaria temporis, à quibusdam molecula Bertrami nomen fuit impositum, ut adulterino fœci & hæretico maior contularetur au- toritas.

Ex his constat Bertrami non fuisse, sed per fraudem Bertramo tributum.

§. 6. Circa annum 1020. Leuthericus Archi-episco- Leutheri-
pus Senionensis idem docere cepit; sed à Roberto ^{ius.} Gallie Regis precessus, cessauit. Verum primum clam, deinde in mortuorum Roberto palam docere hæresin sacra- mentaria incepit Berengarius. Monerat cum Ful- bertu, Ad Imannus Episcopum Brixicensis, sape da- matus sapientibus hanc confessionem edidit:

Ego Berengarius cor de credo & ore confiteor panem & vi- Berengar-
num, qui ponuntur in altari per mysterium Sacrae & auctio-
ritatis & verba nostri Redemptoris substantia literis connecti in veram &
propriam de vivificam carnem & sanguinem Iesu Christi Do-
mini nostri; & post consecrationem esse veram Christi corpus,
quod natus est de Virgine, & quod pro salute mundi oblatum
in cruce pendit, & quod sedet ad dexteram Patri: & verum
sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est; non tantum
per figuram & virtutem Sacramenti, sed in proprietate natu-
re, & veritate substancialiter, sicut in hoc Brevi continetur; & ego
legi, & vos intelligitis. Sic credo, nec contra hanc fidem viterius
docebo, sic me Deus adiuvet, & hec sancta Dei Euangelia. An-
no 1088. morientis vox fuit: Hodie, in die apparitionis sua
apparabit mihi Dominus meus Iesus Christus, proper penitentiam,
vi spiro ad gloriam; vel propter alios, vi timeo ad paenitentiam.
Non tamen illo reuocante erroris, & mortiente etiam
hæresis extincta est, sed Valerius in Arclateni Pro-
ulnia erupit, graflante Petro de Brus per annos 20. Petrus de
Bruis.
Mulossile errores habuit; parvulos baptismo lauari
posse negavit, Ecclesiæ destruendas esse docebat, cruce-
ces frangendas, deridenda sacrificia, orationes, ele-
emosynas, pro defunctis. Tatis deinde cum crucem Domini
subiectis flammis exuissit, ipse quoque in rugum
iniectus pœnas dedit. Petrus Venerab. Epist. 1. l. t.

§. 7. Abelardus eiusdem in hæresi spectus fuit; ut Abelardus
est apud Bernard. Epist. 187. nec immixto, cum enim
negaret humanam à Christo carnem assumptam,
non potuit eius in Eucharistia veritatem agnoscere. Il-
lum tamen penitentem, & Catholicam in fide Cluniaci
mortuum tradidit Petrus Abbas Cluniac. lib. 5. Epistol.
3. & 20.

Albigenses seu Albianos pro sanctis agnoscunt Albigen-
s. Calviniani anno 1176. in Provincia Toulouse conui-
eti sunt; Manichæorum hæresin inflaturant. Eadem
fere Beguardi, cum suis Beguini sectati sunt. Impuri-
tatis esse dicebant, ita ab altitudine sive contempla-
tionis descendere, ut de Christi humanitate, aut sacra-
mento Eucharistie cogitationes suscipiantur. Nec
Grecia immunita fuit, refert Niceta Chonat. l. 3. annal.
disputatum, an corpus Christi in Eucharistia esset in-
corrumpibile, nata disputatio ex Aphthato dicitur. Ta-
ndem Flagellantes, Waldenses, Wicleffus, Hussus Flagellan-
tes. Walden-
ses. Wicleffus.
Hussus.

Q V A E S T I O V .

Quæ hæreticorum nostræ temporis explicaciones?

§. 1. IN Tabella spectandas exhibuit eas nobis re- petitio I. c. 10. Claudio de Sanctis, Reue-
rendissimus Episcopus Eboricensis. Eam hictibi Le-
ctor represento. Sunt vero octoginta quarum inter-
pretationes, quarum etiam aliquæ aliquando in cunctis
sententiis incidere videntur; differentiam tamen ha-
bent ex sententia proferentium, etiam ceterum a .

V u 3 COLUMNA

etorum, dum a se ipsis dissident, & aliter atque alterum exprimere conantur.

1. *Hic est corpus meum: quia Hebrei careant neutrō generē.*
Luther. in Capt. Babyl. & Bremenses notantur Caluno in ultima admonitione contra Westphal. & in Epito. Colloq. Mulbrunensis.
2. *Hoc est sanguis meus.*
Beza in annot. in nouum Testam.
3. *Hic fuit in hoc loco, est corpus meum.*
Biblia gallica Geneuae: & notantur ab Heidelbergensis in Conform.
4. *In hac actione, non tamen in pane, est & exhibetur corpus meum.*
Bucerius in suis retractionibus Heidelberg. in Conform. Caluinus locis citatis in Examīne doctrinae eius de cena.
5. *Hac actio est meum corpus, id est, Societas sue communis sacramentum in corpore meo.*
Ioannes Alasco in Tractatu de Sacramentis.
6. *Corpus meum est hoc, nempe panis.*
Suenckfeldius citante Heshusio, & Petrus Martyr in magno volum.
7. *Corpus meum est hoc, id est, cibus spiritualis: vt Ioan. 6. dicitur, Cara mea vere est cibus.*
Ioannes Langus Silesius in Comment. ad Apolog. 2. Iustini.
8. *Hic panis proprius, ac sine figura, est corpus meum.*
Luther. de Captiu. Babylonica. Heshusio & Bremensis. vt notatur in Iudicio Melanch. de cena.
9. *Hic meus est panis.*
Anabaptistae: citante Westphal. lib. Recta fides de cena.
10. *In, cum, sub pane est corpus meū, vt pillula in ovo.*
Brenckius cum suā vicis ministris in Syntagma contra Oecolamp.
11. *Cum pane est corpus meum.* Vt, cum, non sit præpositio sed adverbium temporis, & significat corpus capi, quādō capitur panis.
Wilelmus Clebicius, de cena: & Brandenburgensis, vt habetur in disp. Heidelberg. habita anno 1560.
12. *Est in pane, vel cum pane, corpus meum: vt non intelligatur locus, aut tempus sed externū cœna obiectum, remotum a Christi corpore, quod in illo vel cum illo edi dicitur, non tanquam in illo existens, sed tanquam obiectum cœna actionibus circa panem exercitus. Ioan. Matthæus Smalcaldensis lib. de cena.*
13. *Circumpanē est corpus meū. Vt ac circumfusus.*
Suenckfeldius de duplicitate Christi. Notatur a Luthero in Confessione Eucharistiae.
14. *Hoc est corpus meum: in panis vnu: seu quādū sumitur panis in eo est corpus meum.*
Lutherani, & Buceriani in colloquio Wittenbergensis & in Concordia anno 1536.
15. *Hoc est corpus meum speciali modo existens in pane ad edendum, cum alias p̄b̄z sit.*
Brentianus in disput. contra Bullingerum & aliis de omnipotētia corporis Christi.
16. *Verbi meus demonstratus, corpus sicut panis diuīgo sensibus: vt propria & non figura sit locutio, & tantum demonstretur corpus.*
Matthias Illiricus ex Bucero lib. de fidei admonitione.
17. *Proferendo panem, dico me proferre corpus meum contentum in eo sine vna figura: sicut proferendo Burlam, dico hoc esse argentum.*

- Hoc est corpus meum, id est,
18. *Wittenbergenses in colloq. Mulbrunensi & Matthias Illiricus in demonstrat.*
 19. *Tantum demonstro corpus meum, neq; significat panem esse corpus aut factum esse corpus meum.*
Wittenbergenses in colloq. Mulbrunensi, & Matthias Illiricus in Append.
 20. *In Eucharistia duabus rebus composta, scismus, non demonstratur: vt in ferro ignito dici potest separacim, Hic est ignis, & hoc est ferrum sine figura locutione.*
Matth. Illiric. in fidei admīn. & in demonstr.
 21. *Hic cibus pane & corpore constans est corpus meū: vt sit propoſitio fac̄mentalis, & duas similes coniunctas demonstrat.*
Matthias Illiricus in Appendice. Valentinus Erytrœus in Fabulis Conf. fl. Augustana.
 22. *Hic panū est corpus meum: vt non sit propoſitio naturalis & secundum proprietatem Logicam, sed naturalis, & familiaris Scripturae, quando vult significare diversas inter le verē coniunctas.*
Seckius in Respons. de duabus naturis in Christo.
 23. *Hoc est corpus meum: non in proprio subiecto, nec in panis subiecto & materia, sed in obiecto cœna & actionum iūis.*
Ioannes Matthæus Smalcaldensis libro de cena.
 24. *Suenckfeldius citante Heshusio.*
Corporis hoc meum est: vt dixit, destruite tempum hoc: quasi demonstraret corpus suum in naturali statu & subiecto.
Pontanus in Francia Ant. & citante Villagaguino in lib. de Eucharistia.
 25. *Corpus meum est hoc, quatenus mense accumbit.*
Carolstad. in Dialog. de Eucharistia.
 26. *Hoc significat corpus meum.*
Cinglius in subſidio Eucharistie & ambi. & Beza contra Westphalum.
 27. *Hoc est mea humana natura.*
Cinglius in expōitione rei Eucharistie.
 28. *Hoc est diuinitas, seu Spiritus qui vivificat.*
Cinglius in eadem expōitione.
 29. *Hoc est mors & Passus mea.*
Cinglius in lib. 2. de institutione cœna.
 30. *Hoc est fidei opus, seu fides de me.*
Cinglius lib. 2. de institutione cœna.
 31. *Hoc est commemoratio corporis mei.*
Cinglius in Responſione ad Conf. Lutheri. Oecolampadius ad Theobaldum Bellicium.
 32. *Hoc est Symbolicū corpus, sed figura veri corporis.*
Cinglius in Prefat. ad Regem Gallorum, & ad Principes Germania. Oecolampadius. De dignitate Eucharistie. Petrus Martyr in Tractatu de Eucharistia. Calvinus in consensu cum Tigutinis.
 33. *Hoc est tessera locutari Christiane.*
Cinglius citante Bucero in Epistola ad Episcopum Erehordiens. & Heilbergensem in Conformat. cœna.
 34. *Hoc est corpus meum, quatenus pro nobis datur.*
Cinglius in quadam Epistola, & Oecolampadius ad Theobaldum Bellicium.

- Hoc est signum quod admonet vos, quomodo corpus Christi pro vobis traditum vos viuisceat.
- Oecolampadius de dignitate Eucharistie.
- Hoc est Symbolum, quod testatur vos ab uno eodemque corpore esse redemptos.
- Oecolampadius ad Ecclesiastas in Suevia.
- Hoc est protestatio & propositio meorum beneficiorum.
- Bucerius in Apolog. de doctrina cœnae Domini.
- Hoc est corpus meum, quod do vobis animo edendam, sicut panem ore.
- Petrus Martyr in tract. de Eucharistia. Bucerius in cap. 26. Matthæi.
- Hoc est corpus meum panem.
- Campanus à Luthero notatus in Confess. de Eucharistia, & à Ma cione sumpserat.
- Hoc est Symbolum sacrum gratia & redemptio mea quod post me vobis relinquitur.
- Bullingerus in cap. 10. prim. ad Corinth.
- Hoc est testimonium & obsignatio corporis pro vobis traditi.
- Bullingerus in tractatu de Eccles. sacram.
- Hoc est mysticum corpus meum, seu ecclesia sanctorum redempta meo corpore.
- Bulling. in tract. de Eccles. sacram. Caluin. in cap. 5. ad Eph. 1.
- Hoc sacramento significatur passio & mors mea, ac communio cum omnibus sanctis.
- Bulling. in tract. de Eccles. sacram.
- Hoc cornu est tessera & arrabo corporis mei.
- Stanarus in Polonia & Transylvania, vt nota Staphylus de Lutheranorum concordia.
- Hoc est verbum meum cui credatis.
- Ministri Antwerpensi libello de ruina Rom. ecclesia.
- Hoc panis est tessera nuda communis, & nudum testimonium participati corporis.
- Svenckfeldius vt citant Heilbergenses in conformit. cœna.
- Hoc panis est signum efficax corporis mei & participatione in eo.
- Caluinistæ & Heilbergenses in conformit.
- Hoc admonet vos de corpore Christi edendo per fidem.
- Silesiorum confess. citata à Luthero in magna confess. de Eucharistia.
- Hic festus dies, seu ceremonia ista est commemoratio, seu gratiarum actio pro corpore meo passo.
- Vbanus Regius in Epistola Cinglia ad ipsum.
- Accipit edite, quod pro vobis datur, est corpus meum.
- Notatia à Luthero in confess. de Eucharistia. Caluin. in 2. defensione contra Westphalum.
- Hoc est corpus meum in unum atque transformatum.
- Svenckfeldius de dupli ci statu Christi, notante Lutherum de confess. Eucharist. & Staphylum de Lutheranorum concord. De eodem notatur Seruetus a Beza.
- Hoc est facies vobis gratuito delata, ins & p̄fus illius in meo corpore.
- Ioannes Alasco in tractatu de Eccles. sacram.
- Hoc est communio in meo corpore, non iuxta substantiam suam naturalem, sed iuxta meritum passionis mee & mortis, ac gloriam admittendam & resurrectionis.
- Ioann. Alasco apud Melanchth. In iudicio de cœna Domini.
- Hoc est qualitas mei corporis vobis delata, a quibus substantiam acceperam.
- Idem Ioann. Alasco in tract. de Eccles. sacram.
- Hoc est cœna instituta formæ, ceremonia, ipsaq; externa actio. Ibidem.
- Hoc est visibilia extrema mea voluntatis contemplatio. Ibidem.
- Hoc tota cœna actio, symbolum est non tantum corporis & sanguinis, sed mortuæ & effusionis qualitatis est pro vobis.
- Viterus libro 7. de Sacram. cap. 9.
- Hoc est corpus meum, si fides adgit.
- Hypothetici nominati ab unicordio in iudicium Melanchth. de cœna.
- Hoc est participatio corporis mei si fides adgit: fin minus oblatio quarenciatur ab indignis.
- Passim Caluinus & Caluinistæ.
- Hoc est Testamentum in corpore meo.
- Heidelbergens. in conformitate Calu. s̄pē.
- Hoc est corpus meum in celo positum tam distinctum à pane & à vobis, quam cælum à terra.
- Caluin. in Heshuſ. & Beza in declam. Piffiani habita, atque alibi.
- Hic est canalis spiritus sancti, per quem quicquid est Christus ad nos descendit.
- Caluin. lib. 4. Instit. cap. 17. num. 12.
- Hic est canalis corporis mei.
- Bucerius ad Epis. Erehord.
- Haccero est canalis vite.
- Caluin. lib. 4. Instit. cap. 17. num. 9. & in cap. 6. Iohannis.
- Hic panis est instrumentum, quo Christus nobis suum corpus distribuit.
- Caluin. lib. de cœna.
- Hic est virtus & gratia spiritualis mea.
- Caluin. in cap. 26. Matth. Pauperes semper habebitis vobisnum.
- Hoc est abstractum quid à substantia corporis mei.
- Caluin. in ratione in eundem concordie.
- Hic panis est corpus meum, sacramentali locutione & coniunctio per metonymiam signi & signati.
- Caluinus & Beza in Heshuſum.
- Hic panis est symbolum defluentis qualitatibus aliquibus & virtutibus à corpore meo, qua in cœna per fidem extra panem recipitur.
- Eo recidunt omnes Caluinistæ Catholico-rum argumentis oppressi.
- Liber Anonymous sub persona veri Catholicus editus 1572.
- Hoc est corpus meum, visibile sacramentum corporis invisibilis: seu, huc est visibilis species panis, sacramentum invisibilis corporis.
- Tanquam ex magistri sententiarum citat falso libellus ille anonymous.
- Hoc est verissimum corpus Christi ut verba sonant.
- Caluin. lib. 4. Instit. cap. 17. num. 3. & in cap. 11. prioris ad Corinth.
- Hoc est corpus meum, ut vobis est panis.
- Caluin. lib. 4. Instit. cap. 17. num. 10.
- Hoc est Symbolum, quo vobis corporis mei communicatio exhibetur fidelibus.
- Bucerius ad amicum quendam. Bulling. in cap. 10. 1. ad Corinth. Caluinus lib. de cœna: in confessione cum Tigurinis.
- Hoc Symbolum est, & testificatio, qua spirituales gratias figurat.
- Caluin. in Catechismo.
- Est obsignatio seu confirmatio gratiae in recepta.
- Caluinus lib. 4. Instit. cap. 14.
- In hac cœna quatenus est celestia actio, & non quatenus est externa & terrena, est corpus meum.
- Caluin. in Heshuſ. Heidelberg. in conformitate, & Beza in Apolog. ad examen doctrinæ Caluinianæ de cœna.

- Hoc est corpus meum, id est,
77. *Hoc est symbolum promissionis meæ de carne mea.*
Calvinus in tatione in eundæ concordia.
78. *Hoc est substantia corporis cum gratia, energia, & efficacia ineparabili.*
Vt energista dicti apud vincordium in iudicium Melanchthi.
79. *Hoc est communicatio, seu participatio corporis, quasi per Apostolum fermo Christi, explicitur.*
Beza contra Heshus.
80. *Hoc ratio cum tota persona Christi: Ut corpus significat quicquid est Christus.*
Beza in solut. 17. contra Illyricum.
81. *Adest corpus meum spirituali presentia & participatione.*
Calvinus lib. 4. Institut. cap. 17. num. 18. & in cap. 4. ad Ephes.
82. *Hoc est corpus meum sinediuitate & sanguine.*
Post Nestorium omnes nostræ ætatis negantes concomitantiam naturarum in sacramento; ne admittant communionem sub una specie; & adorationem in sacramento.
- Calvinus lib. 4. Institut. cap. 17. num. 37.
83. *Hoc est corpus meum sub ratione immolationis, sive, hac est communicatio passionis & immolationis meæ.*
Carol. Molineus in Annotat. ad suam Harmoniam.
84. *Interest, sive sit corpus, sive non sit: nam articulus fidei, nec de eo est dignitatem.*
Citat de busdam Lutherus in Confess. Eucharistie: eoque inclinat Melanchth. & via prona ad Alcoranum ait Staphylus de Lutheranorum concordia.

Q V A E S T I O VI.

Quomodo conterant Calviniani & omnes sacramentarii verba institutionis?

- §. 1. Demonstrati eorum in verbis explicandis malitiosam ruditatem, calliditatem, argutias, nec omnia tamen attulit Claudius, nec expoluit, nec opus erat. Brevis tabella tam multiplices ertores non capit, volumine opus est. Imo illa ipsa quæ refert, aperius & absurdius ab illis dicuntur. V. 9. num. 30. ex Zwinglio citat. *Hoc est corpus meum, id est, fides de me.* Zwinglius vero ratio hoc modo dicit, tract. 2. de infit. cœna. Sed hæc eius verba sunt: *Panis & caro cuius meminist Christus, nihil aliud est, quam fides.* Sic de aliis quibusdam sentiendum est, exempla pauca producam. Calvinus inst. de cœna, §. 33. *Ipse caro Christi in mysterio cœna, non minus spiritualis res est, quam fides æterna.* Zwinglius Epistola ad Lutherum: *Sic nostra quoque commemoratio corpus dici consuevit, non quod solennis hac festinatus vel panis, qui in hac frangitur, Christi corpus reuera sit, sed quod corporis & mortis Christi memoria celebratur.* A. Martyr disputation. Oxoniensi: *Hoc est corpus meum pro vobis tradendum: si fide & spiritualiter à vobis manducetur, est pro pane, vel in ista panis, ad vos nutriendos & sustentandos.* Zwinglius in gladio versatili fol. 81. *Hoc, Quæstio, sive hec res, est corpus, quod relinquo vobis loco rei inuisibilis corporis mei.* Ioannes Leonardus. *Hoc est corpus meum, id est, in hoc signo & sacramento panis est verum meum*
- corpus, quod non erit vterius, sicut est nunc visibile. Ioannes à Lasco tractatione de Sacramentis, *Hoc est communis, & societas mei corporis, societas quidem passiva non diuina.* Epist. ad regem Polon. Ioann. à Lasco tractat de sacrament. Ecclesiæ. *Hoc est corpus meum, id est, hæc est extrema voluntatis meæ confessatio.* Helmung. *est obsequium, quod filius Dei sua beneficia obsequiat.* Carolstad. in Dialog. ad 1325. *est hoc corpus meum, & istud est corpus meum.* Epist. ad regem Polon. *Ioann. à Lasco tractat de sacrament. Ecclesiæ. Hoc est corpus meum, id est, hæc est extrema voluntatis meæ confessatio.* Helmung. *est obsequium, quod filius Dei sua beneficia obsequiat.* Carolstad. in Dialog. ad 1325. *est hoc corpus meum, & istud est corpus meum.* Musclebus in locis communis ad corpus quod se debat in mensa, refert Calvinus in Gotth. tit. vocat insultum commentum. Caglianus de vera & falsa relig. *corpus meum hoc est ecclesia.* Cinglius ad Epistol. l'ometan. *Hoc est corpus meum, id est, passio tolerata in corpore meo.* Bucerus in apolog. *Hoc est protestatio & memoriam beneficiorum Dei.* Balingerus in 1502. *Hoc est corpus meum novum natura mysticum & spirituale, per hoc tamen non intelligi ecclesia.* Lanaterus in hitor. a sacramentaria. *In verbo, Hoc est corpus meum, pronomen.* Hoc, accipientium pro demonstratione spirituali, per quam fidem nubes ab extremo ubi ad Christum, qui in celis est perduntur. Abidas Libens. *Hoc est corpus meum, perinde est, ac si sponsus abiens dehincum sponsus & ducat; Hoc est sponsus natus.* Joachimus Cureus. *Hoc est corpus meum, id est, ista mendacianus, stificor meritum remissionis peccatorum ad id pertinet.* Hoc est calix, &c. testificor, *se sicut esse fidem mei.* Caudius lib. de cœna Domini. *Hoc est corpus meum, us quod ita ordinariam sed quia vos creditis.* Bremelius. *Hoc est corpus meum equinoce.* Ita Pezelius, Sturmius contra Osiandrum, *Hoc est corpus meum.* Hoc est substantialis & viuifica gratia, seu Euangelica gratia, vis & virtus. Neuerius Wismatensis, *Hoc est corpus meum non proprium, sed illud quod est in sacramento, apud Lanaterum, alias etiam id docet.* Hist. sacram. pag. 43. *Auctor dialactici. Hoc est corpus meum imprimum, celsus diuinum, non corporale sed spirituale.* Hactanta est in paucis verbis expositionum diuersitas. Necesse est enim, ut qui a veritatis unitate discedant, in diuersissimos errores labantur.
- §. 2. Postquam vero arguitæ eos defecerunt, in apertum institutionis contemptum prorumpere non verentur, & impiam virulentiam audacter evomunt, *te, fratres mei, perfricantes frontem, & Cleomenum illud vituperantes, cœnitio, & invenitio, & Cœmenum in dœm, compendiosa res improbitas, virus lenta & tarda.* Nedium ergo cum soluere non possunt, gladio secant. Casparus Swenckfeldius fanaticorum antistes clamat: *Remoue ex oculis meis verba ista, accipite & comedite.* Hoc est corpus meum. Martyr contra Brentium dialogo 3. pag. 137. *Mibi vos, inquit, semper nubis isti fatus, quam par est, sapere, cum pro dogmate ergo falso ac inutili sic laboreis, ne pro eo tuendo quicquam habebatis nisi Christi nō est.* Christi effatum, seu dictum. Quasi vero dictum æternæ sapientie satis non sit, ut in eo sisimus. Zwinglius de vera & falsa religione vocat commentum arguum quod solit Christi veris confit. Anno 1560. cum Bremæ Calvinistæ & Lutherani in vico nobilissimæ verbis colliderentur, cuius confitens fuit, ut Lutherani pellerentur, Daniel Baren confit. *Quid vos Lutherani, inquit, habebitis nisi tria infirma verba: quibus probatis verum corpus & sanguinem suum in causa Christi vobis dare?* Neustadiani in Syn. Ephel. per ironiam vocant. *Verba, verba, verba.* Calvinus contra Westphalam vocat, *stultam iactantiam.* Daniel contra Selneccerum valde exagit eos, qui duobus in verbis sententia sua fundamentum collocant, pag. 103. Bernardinus Ochinus contra Westph. *Fieri posse, ut in cum Christus dixit: Hoc est corpus meum; dicere voluerit: Hic panis significat corpus meum.* Martyr clamat: *non verborum similem, sed Christi consilium spirituum esse.*

QUESTIO VII.

Quid est, hoc?

¶ R̄ece est τὸ τοῦ σῶμα μου. Hoc est corpus meum. Varias interpretationes in tabella videre licet. Andreas Carolitadius anno 1525. Eſe pronomen ait, quo suum corpus in mensa accumbens Chriftus demonstrat. [Hic versus: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, plena & perfecta est sententia, quam alias in euangelio, quamquam a illis verbis Dominus posuit, vbi nullam de sacramentis fecit mentionem, Matth. 16. Ioann. 3. & 6. Nam pronomen, Hoc e, habet magnum H. maiuscula autem littera indicat iuitium nouæ sententiae: est itaque hic verius inseritus sermoni de cena Domini, ut alias quid solet interponi, quod præsenti sermoni inseritur, & tamen per se sermio est perfectus. Bonum eſset si interpres græcum pronomen τὸν reliquissent, & latino sermoni permisissent, & ita legeretur: τὸν hoc corpus meum, &c. germanice Tuto, & si de Ich mein / dei für euch gegeben wird. Tum utique homines cogitassent, quid vocula τὸν sibi velleret, τὸν, est græcum pronomen, iudicans nomen nemini iam vero vocabulum ἄρτος, latine panis, germanice Brodt est masculinum, ideoque pronomen τὸν, & adiungi non potest, nec confitit illorum opinio, qui dicunt panem esse corpus Christi. Nam id non est genitivus sermo, vt nec in latina lingua recte dicitur: istud panis est corpus meum, sive in Theutonica sermone de Brodt ist mein Ich. Ego semper sic sensi, Chriftum demonstrato suo corpore dixisse: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Nam Christus non demonstrat panem: Non enim dicit, hic panis est corpus meum. Qui autem dicunt, panem esse corpus Christi, ex semperipsis loquuntur mentientes. Hac oratio: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, est conclusa punctis: habet puncta in initio, & fine, quibus indicatur hunc versum: Hoc est corpus meum, non esse connexum cum praecedentibus, sed per se est distinctum sermonem, ideo necesse habeo fateri, Cithum dendo: Hoc est corpus meum, &c. corpus suum non panem demonstrasse.] Hæc sepe & multo locis inculcat Carolitadius, & nonnulli eius aſſerunt, aliquando etiam ad locum applicat.

Verum ridicula est illa demonstratio, nec est conserio, vt si dicat. Accipite & comedite, hic sedet corpus meum. Bibite, hic enim est sanguis in meo corpore, quod vobis affidet, nec veterum vli: hoc in mentem vobis venia, adde quod τὸν, & Syrum γάν Hanau, non est loci. Deinde cum ait: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, in illis verbis τὸν demonstrat id, quod manu Dominus gestabat, non autem sanguinem, vt venis continebatur: ait enim τὸν τὸν. Hic calix, pari igitur modo de corpore sacerdotum. Denique Apostolus institutionis historiam dedit, 1. Corinth. 11. 23. 24. 25. non potest sic intellegi. Quocirca Musculus locis comm. de cena, multo Carolitadium oppugnat. Sic Danaeus, Heidelberg. Caluinus in 1. Cor. c. 11. insulsum commentum appellat. Beza in dial. inepitum dogma vocat, alii Carolitadium ironem fuisse causantur, qui quæ arma cuiuslibet parti conueniant, ignorauerit, à Zwinglio ceteraque in multis dissentit.

¶ 2. Multo magis à vero abhorret eorum opinio, qui pro vocabulo Hoc, τὸν, totam actionem significant, volant, vt Ioannes à Laſco tractatu de sacra mensis. Velut Ioachimus Cureus, ita manducatio- nes etibz remissa peccata. Nam cum dicitur: hic sicut nouum testamentum in meo sanguine, non potest action-

nem aut testificationem significare, sed ipsum calicem, parigitur in primis verbis est ratio. Deinde tota illa actio varia continet; Benedictionem, actionem gratiarum, panis & calicis in manus acceptiōnem, imperium iubentis accipere, comedere, bibere, obedientiam Apostolorum ista facientium. Non autem nisi stolidissime fingi potest sensum esse. Hec omnia sunt corpus meum; neque enim proprie, quod omnes concedunt, neque tropice sunt corpus Christi, nec enim verbum concionale, vt illi vocant, ne que acceptio, neq; manducatio est corpus Christi, at nec symbolum est corporis, vt de calice taceam qui non nisi stolidissime vocati potest tota hæc actio, itaque hanc etiam expositionem refugiunt plerique, tanquam inutilem, nec sua causa conuenientem.

¶ 3. Inverunt alii propositionem: vt dicant particulam: Hoc, τὸν, esse prædicatum. Corpus meum est hoc, seu corpus meum est hoc, quod manibus teneo. Illi autem per pronomen hoc intelligunt panem. Ut sit Conuerſio sensus tandem. Corpus meum est panis. Hi pari modo ad propositionem difficultatem fugiendam, sequentia verba inuerunt, num saepe necesse est: Sanguis meus est calix, &c. Quamvis autem pro libidine verba fingant, & refingant, non tam efficiunt, vt aut sensus corum confundat, aut veritatem opprimant. Nam propositiones singulares vix inveniuntur, vim tamen sue affirmationis retinent, & vt dialectici docent: Conuerſuntur. Si enim Bucephalus est hoc animal, etiam Hoc animal est Bucephalus. Etsi τὸ σῶμα Χριſτοῦ ēτι τὸν, si corpus Christi est hoc, & τὸ τοῦ σῶμα Χριſτοῦ ēτι τὸ σῶμα Χριſτοῦ. Etiam hoc est corpus Christi. Sine profectu igitur, pestilentem se labore conterunt, qui verbo um inuersione testamentum Domini irritum facere conantur.

Langi ista fuit ex Cratoaldo deliratio, ex ignorancia Grammaticæ orta. Quia namque τὸ σῶμα dicitur, existimauit homo imperitus σῶμα propositionis subiectum esse, τὸν prædicatum. Subiecto enim, non predicato addi articulum. Verum ad certam demonstrationem ac Emphasim articulus frequenter iungitur predicato apponitur. Matth. 5. νικῆτε τὸ φῶς, vos predicatores estis illa lux. Imo plane similis est locutio cap. 3. 17. οὐτὸς ēτιν ὁ νίκος μα, ὁ ἀγάπητος. Hic est filius meus dilectus. & c. II. 3. οὐτὸς ēτι ἐρχόμενος; Tu es ille veniens? vel, venturus? & cap. 16. 20. οὐτὸς ēτιν ὁ τὸν λόγον ἀνέντων, Hic est sermonem audiens. & versu 22. & 23. & cap. 18. 4. οὐτὸς ēτιν ὁ μένοντος. Hic maior est. Infinita talia sunt, & apud sacros & profanos auctores. Nihil porro attinebat vim corporis sui explicare, sed tantum panis, nam vt Caluiniani existimant, tantum panem non corpus dedit.

¶ 4. Multi Lutherañorum Hoc interpretantur esse subiectum, & designare panem; sensum esse. Hic panis proprie ac sine figura est corpus meum. Lutherus, Heshusius, alii. In, cum, sub, circa panem, vt in bursa aurum, vt in tabula sententia recensita sunt. Hæc Lutherañorum imprudens expositio, Caluini sum peperit. Nam scriptura nullo loco dicit: esse in pane corpus suum, nusquam panem esse corpus, quod si dicere: non posset proprie intelligi, cum reuera panis non sit propriæ, vere, realiter, substantialiter corpus Christi. Ita Carolitadius, Zwinglius, & postremo in controværia eucharistica Pareus. Bonam enim causam pessime pugnando produnt. Bellarmin. lib. 1. c. 10. Ne pædæcū, nec substantiæ de pane dici posse probat, si enim adiecta; dicendum est τὸν, nempe ἄρτος, & si substantiæ eodem modo, nam discipuli panem videbant, nec dicere solemus, si panem manu ostendamus: Hoc est corpus meum, sed, hic panis est corpus meū. Si panis & vinum manent, debuit & illa promittere, sicut in baptismo de aqua. Quis

Quin hoc ipsum quod ait, hoc facite in mea commemoratione, non iubet facere panem, aut vinum, ut ait S. Dionysius Areopagita, iubet certorem diuinissima consacrare. Καὶ τὸ τοῦ αὐτοῦ λεγεῖται ξύλον τοῦτο, τοῦτον οὐρανὸν αὐτὸν ἀνακαλεῖται εἰπεις, τοῦτο ποιεῖται εἰς τὸν ἑαυτὸν θυματηρόν. Super sacrificio, quod supra ipsum est, apoligam facit, sancte ad ipsum exclamans: Tu dixisti, hoc facite in meam commemorationem. Panis ergo corpus Christi fit, De pane, inquit etiam Ambrosius, fit caro Christi, non ergo hoc, ex quo fit, est corpus Christi.

§. 5. Solent tamen de illa propositione etiam Scholastici disquirere. *Hoc est corpus meum*, prædicatum habet. *Corpus meum*, copula est, verbum substantium. Est. Subiectum est. *Hoc*, quod cum sit nota demonstratio nisi, necesse est rem aliquam quæ demonstraret, libet. Non est panis, non est sensus: *Hic panus est corpus Christi*, non est corpus Christi. Non dum enim est, nisi cum verba sunt absolute pronunciata. Quod si Hoc demonstrat corpus Christi, iam ante erat, non ergo verbum efficiat factum est. Nec etiam panis pro speciebus panis accipi potest. Species enim panis, non sunt corpus Christi. Ne individuum vagum est, quod dicitur ista uero. Non enim individuum vagum est corpus Christi, corpus im Christi singulare est, & certissimam habet ueritatem. Quod si Dominus corpus significat non a demoni statim, iam omnino est identica propositione. Nunquam in his uisus est hac in propositione tam magna, quam multorum speculations fecerunt, difficultas. Ceterisque deum principiis phyllophilia, & loquendi censuerunt cognita nihil difficultatis superest.

A principio si propositionem intell. gere co-emur, stat: endum est in omni propositione absoluta, affirmativa, idem c̄s p̄d̄c̄t̄m & sub ectum, si enī in diversa s̄nt, fallā c̄s enunciatio, qua pr̄n inciat̄, Hoc est illud. Cum igitur dico. H̄m̄ est animal, non aliud hac in propositione est homo, aīd̄ animal, ideo enim vera propositione dicitur. Quia vnum quod dicitur esse aliud, est aliud. Quod si diversa effont, negatio interponi debet, vt veritatem habeat & pr̄d̄ca- propositione, id est enim falsa est h̄c propositione. Homo est lapis, quia alia est subiecti, alia pr̄d̄ca- est subiecti. Non alia igitur hac in propositione lex con- fluenda est: sed dicendum; Id quod nota demon- stratrice signatur esse corpus Christi, aīq̄m̄ verum non dicit, qui aīt esse corpus Christi. Nulla enim alia res est corpus Christi, nisi corpus Christi. Si c̄llē propositiones. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hic est filius meus dilectus. Hic est propheta, similesque, sub c̄llēm̄ habent pronomine de- signatum, quod non est diversum a pr̄d̄cāto. Hinc apparet fallā c̄s propositionem eorum qui parti- cula hac panem designati finguant. Nam panis non est corpus est Christi. Nec referre esse cūmpane, in pa- ne, sub pane c̄i capanem, quod tamen non concedi- mus, stolidissime enim dicitur sceptrum est corpus regis, quia cum rege est; aut anhelitus, quia in rege; aut fandala, quia sub rege; aut chlamys, quia circa regem. Sia igitur imprudentia Lutheriani, dumilla noua inuchunt. Calvinisti produnt veritatem. Nam aque improprie loquuntur, & tropos singunt, & ta- men sc̄i p̄t̄ra repugnat; clarissime Lucas. τὴν ἡδη τὸν ταῦτα οὐαῖς ἀναγνοῦσθεν. Poco um̄ pro vobis effusum, vbi poculum sanguinis non yni effusum necessario dicitur. Et Paulus 1. Corinth. 11. τὴν ἡδη τὸν ταῦτα. Hoc meum est corpus. Quod si Hoc est panis, dicendum fuerit. Hic panis meus est corpus, nam duo illa pronomina cādem tēm̄ demonstrant. Doctissime hoc loco Ebroensis Episcop. Repe- dit. 7. Pronomina demonstrativa aīt Hilarius. cum enī de

Hic est filius meus dilectus, nominum habent in se ipsis
tem: ideo proprietatis significatio est vbi hic est, dictum esse
auditor & meus est. Hunc ego inquit, tanquam indicat & dicit vobis
ac verbi significacione contingit, qua dico & meus est, & illa
est, & filius est. Itidem & proprietatis significatio vbi hic
est dictum esse auditor & meum est: proprietatis signifi-
catio est, perinde ac si diceretur, Hilarum iudicio proprium
corpus, quod demonstro. Veritallianus quoque pronomen ad
corpus retulit, si ut Hic est, ad filium, ut in priori quoque
petitione recti animus. Nonnulli citant tanquam a Cypriano
in quibusdam exemplaribus scriptum fuerit, Hoc est sanguis
meus: sed retulit & plura & castigatori exemplaria
reclamant. & lo, ut in quo pro, Hoc est corpus meum, ac haec
est caro mea. Augustinus etiam tradidit, Chrysostomus
dasse ipsum corpus suum, quando dixit. Hoc est corpus meum:
Ita ut Augustinus ibi ponat pro eodem: Hoc corpus, illud cor-
pus, & ipsum corpus. Praterea si (Hoc) panem connotat,
res non tantum al situd efferrunt a Christo sed impossibili-
tate, ne a quadam in Dei omnipotencia sita: quando
dem manu se aperit repugniantiam in ludo tres dererit, & lige-
ratus esse ea lumen aut de seruato esse mari, ut sunt panus
corpus Christi: nec panus magis reuerat dici potest, cum
Christi, si simplici, recto ac proprio genere diceret, atque
quam potest esse aut duci aqua, vitrum, lapus, aut quidcum-
lud a se plane diversum. Et certe longe evidenter contra
corpus Christi non esse panem, quem corset non esse mem-
brum tuum corpus: cum ad illius corporis naturam multo ra-
nius accedamus, quam panem ipse. Quod si recte propter
naturali sono eorum & sensu configuratur ad metonymiam
sive synecdochen, ut panus hic sit corpus Christi, quia con-
nectatur in hoc pane, iam proprietates verborum vera & geni-
na non retinetur, quam Lutherani crepant & iactant, & na-
men raniorum figuris scriuerit, ac querundam humi-
num communem Christi sermoni affundunt vobis sententias
proprietas & polaris. Aperte enim ad tropicum & figuratum
sermonem pertinet, quando res continens accipit nomen rei
contentae: sicut ad tropum pertinet, quando figura accipit
nomen rei signata. Tamen si dispergit in eo, quod conuenient
rem contentam praesentem habet, signum vero etiam rei ob-
stis signum esse posse nihilominus conuenient, quod definis-
re, verborum naturali ac propria significacione, virgine in met-
onymiam seruum & figuram deflectunt.

Proinde tam longe absunt germani à simplici sonno verborum Christi, quam Cinglani & Calauitae, quanum in contrarios errores diuidentur.

Vana est igitur hac in re Lutheranorum iactatio, tum clamant retinere se. *τὸ γέτον*, cum longe aliud sit esse aulam, & esse in aula.

§. 6. Quamvis autem eadem res sit, quæ subiectum est, & prædictum. Non est propositio identica, alioquin omnis affirmatio esset identica propositio: vt iam ostensum est, & vero propositio identica non sit, non opus est, res per terminos, seu ex extremis significatis esse diuersas, immo ut dixi, in affirmacionibus necessarie est vnam eandemque esse, sed vnam eandemque diuerso conceptu apprehensam, ut si vides a longe venientem Petrum, socii eum nondum cognoscentibus dicam. *Hic est Petrus.* Senfus enim est. Hic homo quem vos generali dunxat hominem notione concipitis, ne scis quis homo sit, *est Petrus.* Demonstrator autem duos de illo conceperis format, & unum generalem cum illis qui hominem viderent, quis tamen esset, ignorabant, alterum proprium: *Est Petrus.* & hac ratione recte dicunt, pronomen, Hoc designa inuidiuum vagum. Nempe corpus Christi designari, sed non proprio conceptu. Ut qui dicit: *Hic est Petrus,* duos conceptus habet Petri, primus quatenus est hic adueniens, alter Petri: de priore affirmat posteriorum. Sic Christus: hoc quod manibus teneo, est corpus meum, de corpore suo duos conceptus format. Atque haec est ratio.

do generalis in omnibus affirmationibus omnino, in quibus vniuersi rei due animi conceptiones esse intelligendae sunt. Quod evidenter est in illis propositionibus, in quibus definitio dicitur de definito. Homo est animal rationale. Non alia res homo, alia animal rationale. Sed vnius tamen rei due ut vocantur conceptus formales. Hac igitur in re nulla est difficultas, qua non omnibus propositionibus sit communis.

5.7. Superest illud quod obliuiciunt. Cum dicere Christus: *Hoc est*, nondum erat in manu corpus, ergo et panis, ergo sensus erat: *Panis est corpus meum*. Hoc Lutherus virget: & panem proprie ait esse corpus Christi. De captiuitate Babylonica. [Credet sicut non modo corpus Christi esse in pane, sed pannum esse corpus Christi, sic enim me feruabant verbi, qui dicit, *Accipit panem, gratias agens fregit & dixit*.] dicit, manducate: *Hoc id est, hic panis quem accipit, corpus meum*: Et Paulus: *nonne panis quem frumento participio corporis Christi est?* Non dicit, in pane, sed, id ipse panis est participatio corporis Christi. Quidam in graeco & latino pronomen ad corpus referunt, sicut finitudo generis: sed in Hebreo, vbi genitum genus non est, refertur ad panem: *ut sic licet corde*. Hoc est corpus meum: quod & ipse vobis regendi, & sensus communis probat subiectum factum demonstrativum panis, & non corporis, dum dicit: *Hoc est corpus meum*. In scriptis etiam librum de debito & iure verborum etenac, & ait: *Hoc eos s. ratione, vobis, vobis habent, qui respondeant Sacramenta*, nisi forte interrogant vos, vbi sit scriptum in facie literis, quod panis sit corpus Christi, similans hanc simplicitatem, & si id nusquam legissent. In libro vero contra caelestes prophetas ita concludit: *Cum nullus fidei articulus nos hanc partem culain excipere & exire cogat, aut quo minus panis si Christi corpus non impedit, verba simplicitate accipienda sunt ut sonant, & ne aquam inmutant* [at] *undumque panem esse Christi corpus.*]

Hinc illa monstratur, *Propositio 5. quod panis, quod est corpus Christi, vobis, vobis habent, qui respondeant Sacramenta*, Brodfeisch / Fleischbrod / Weinblut / Blutum. Que Tigris, Petrus, praeceps Heidelbergenses, in certamine contra Wittenburgenses, & nonnatum Eberum, Selneckerum, Brentium, Smideli- num, autores syntagmatos magna cum insultatione, & iusti prodicunt.

Ab hac ita interpretatione Bucerus, Illyricus, alii habuerunt Lutherani. In primis Witembe genf. Qui in pane aiunt esse, prolatis vafculis aiunt, *hoc est vobis, vobis habent*. Ita panem & corpus Christi simili adesse pronunciant.

Potest quoniam mouent difficultatem omnibus propositionibus sufficientibus communis est. Statuamus enim Christum cum in uetus ex aqua vobis facere, & tunc hydram, & dixisse, *Hoc est vobis*. Potuit sine dubio hoc facere, vera etiam esset propositione. Nam etiam vobis erat. Nam Deus qui verbo mundum condidit, res creata verbo etiam omnipotente mutare auctoritas potuit. Formauit Deus hominem de limo genere querendum, quomodo pronomen hoc demonstrare hominem. Nam propositionem veritas ipsa etiam efficiencia constituitur, & quod ipsa propositione sit, designatur. Verba Maldonati grauiissimi in eiusmodi propositionibus que praecipue sunt & efficaces hec pronomina demonstrare solere, id quod nondum est, sed per ipsam orationem sit, eas, finita erit.

Cum Deus ex limo terre hominem fecerit reflectereque diceret patueret, sumpia in manus limo, hic est homo, sicut Christus dixit, *Hoc est corpus meum*, & cum ea costa mulierem fabricauit, sumpia costa dicere potuit, *hoc est mulier, quoniam cum pronuncias et pronomen hec, nondum fuissest mulier, nec significasset, sicut locutus fuissest, limum esse hominem, & costam mulierem, sed limum in hominem, & costam in mulierem conuersti*. Ita cum Christus dicit accepto pane, *hoc est corpus meum*, quoniam eius corpus nondum illuc esset: tamen quis statim futurum erat, illudeo pronomine demonstrat, nec significat panem quem accepit esse corpus suum, sed mutari in corpus suum quemadmodum si in Cana Galilea, cum aquam in vinum mutauit, ostensa aqua dixisset, *hoc est vinum, nec illud, Hoc, aquam, sed vobis ostenderet; nec sensu esset aquam esse vinum, aut vinum significare, sed illo verbo in vobis esse conuersum*. Quod exemplum eo magis est ad rem, de qua augustinus accommodatum quod ex alio simili Christi facto sumpium sit & quod ex veteres autores adprobandum explicat, *de huius sacramenti fidem vobis sicut in Cyril. Hierosol. C. 4. mystagogica*.

Nec sicut Maldonati est, sed D. 1 h. 3 p. q. 78. ar. 5. Hoc locutio habet virtutem factuam conuersione panis in corpus Christi. Et ideo comparatur ad alia locutiones, qua habent solum vim significativam & non factuam, sicut comparatur conceptionis intellectus practici, quae est factua rei conceptionis intellectus nostri speculativi, qua est accepta a rebus: nam voce sunt signa intellectuum, secundum philosophum. Et ideo sicut conceptionis intellectus practici non presupponit rem conceptionis, sed facit eam; ita veritas huius locutionis non presupponit rem significativam sed facit eam, sicut enim se habet verbum Dei ad res factas per verbum. Hoc autem conuersio non sit sufficiens, sed in instanti: sicut dicitur est. Et ideo operet quidem intelligere predictam locutionem secundum vobis instans prolatione verborum: non tamen ita quod presupponatur ex parte subiecti, id quod est terminus conuersione, sicut et quod corpus Christi, sit corpus Christi; neq; etiam illud, quod sicut ante conuersionem, scilicet panis: sed id quod communiter se habet, quoniam ad utrumque scilicet contentum in generali sub ista speciebus. Non enim faciunt hec verba, quod corpus Christi, sit corpus Christi, neq; quod panis sit corpus Christi; sed quod contentum sub his speciebus, quod prius erat panis, sit corpus Christi. Et ideo sicut antea non dicitur Dominus, *Hic panis est corpus meum*, quod esset secundum intellectum, secunda opinionis: neq; hoc corpus meum est corpus meum, quod esset secundum intellectum tertiae opinionis, sed in generali, hoc est corpus meum, nullo nomine apposito a parte subiecti: sed solo pronomen quod significat substantiam in communi, sine qualitate, id est forma determinata.

Multis haec exponit Soarez disput. 58. sect. 7. & refert sententiam variorum, qui omnes tamen realiter corporis presentiam tuentur, quoniam nonnulli, qui cum haereticis non litigabunt, locuti sunt securius. Bonavent. d. 8. p. 1. Ocham in 3. d. 4. Holcot quest. 3. Particula Hoc indicari panem, sed, est interpretantur, translati in corpus. Quod instanti fiat, alli veteres, positiones.

significari nota demonstrationis panem, non vt est panis in se, sed ut conuersus in termino prolationis in corpus Christi, atque ita est, quidem ut vobis est nonnullis identica propositionis, sed reuera non est, sensus enim est. Hoc conuersum in corpus Christi, est corpus Christi. Nec illi Ocham, & Maior dum aiunt, posse per Hoc intelligi corpus in sua specie, & indicari eius iam in sacramento, seu sub speciebus, fauunt Calvinianis, sed veritatem presentia tenuerunt, modum exponendi alienum sequi sunt. Imo alium illi idem sensum protulerunt, vt Maior d. 8. quest. vni- & sub. *Non omnes* *discreta*.

& substantiale Christi corpus agnoscunt. Et dicunt: Hoc in quod conteritur panis est corpus Christi in fine prelationis. Argumento illi firmo vntur. Nam in propositionibus practicis, & reuera effecticibus, pronomen quod subiecti locu tener demonstrat predicatum, vt supra exemplo ostendi. Si ex aqua fiat vi-
num, hoc elogio: Hoc est vi num, necessario indicat pronomen id quod factum est. Imo si manu circulum ducas, & eo momento dicas. Hic est circulus, particula hic circulum designat. In his enim significatio non absolvitur nisi in termino integrum propositionis. Habet enim necessariam reciprocationem cum predicato, fine quo intelligi non potest. Quod vñstatum esse in tegra signi-
ficatione. Subiectum in communis sermone videmus. Si enim pingere vide-
rem quempiam in tabula figuram, cuius ductus non
videtur, audiremque dicentem: Hoc est, manet su-
spensa mens audientis: at si absoluatur, & dicat: Hoc
est Ilosceles, iam plene intelligo id quod pronominis
notā indicabatur. Nec est identica, quia prior con-
ceptus confusus erat, alter vero distinctior, vt supra
ostendi. Sensu etiam factis res demonstratur: quia in
fine propositionis exhibetur, quamvis id necessaria-
rum non sit. Optime tamen illi rem exposuerunt, qui
nota demonstratricē significatione. Rem communem,
non re ipsa communem, sed secundum rationem seu
conceptum, vt supra exposui in Peto a longe viso,
nec cognito, nisi quod sit homo, ita enim sub com-
muni conceptu hominis apprehenditur, quod si ita
longe absit, non nec homo, nec un animal aut cor-
pus sit, sed un vmbra, aut spectrum, aliud vero eum
sensu esse Petrum, diceret. Hic est Petrus, hoc est, id
quod vos communis ratione apprehenditis, est Pe-
trus. Verbi gratia, Apostoli vident Christum super
mare ambulante, & timore exclamant; putabant
enim spectrum esse. Si quis diceret, vñrō ē sv̄ vñrō. Vel etiam tētē sv̄ d̄ uēs. Hic, vel hoc est Domi-
nus, non est dubium, quin non sit identica proposi-
tio, sed id quod alio modo apprehenderunt, dicentes
Dominum. Nec dicit, hoc spectrum est Dominus,
blasphema est enim propositionis, sed hoc quod vobis
videtur spectrum, est Dominus.

Hoc est exppositio praeceptorum Theologorum ve-
terum, etiam Bellarmino, & Soarez, loco citato. Eius verba ascribere lectori non inutile erit, multa enim
Pateus in sua controvergia in hac contra Scholasticos
attulit. Ita sentit, inquit, Guidmund lib. 2. de hoc mysterio
in fine, & videtur esse sententia D. Th. hic art. 5. & in 4. d. 8.
q. 2. art. 1. ad 1. q. 5. 4. ad 1. Scotti. q. 2. art. 3. Durand. q. 2. ad 1.
Capriol. art. 3. ad 1. Scotti contra primam concil. & ad argumen-
ta contra s. concil. Palud. q. 3. & aliorum ibi. Antonii 3. par-
te. t. 13. c. 5. §. 4. & Ferrar. 4. contra gentes. c. 63. Caiet. tom.
2. opus. Tractat. 2. c. 7. Iansenii c. 131. Concord. Soto. 11. q.
1. art. 5. Alfonso. lib. 4. tract. 3. c. 2. Aigid. Theore. 42. Victor
in summa. num. 75. Ledsma. q. 19. art. 5. & eandem sequitur
Bellarmin. lib. 1. de Eucharistia. c. 11. & Richar. & multi alij ex
auctoribus citatis in precedente seminaria non multum ab hac
discrepant. Fundamentum huius entitatis est quia iusta haec
explicationem, & veritatem illius propositionis est facilissima, &
accommodatissima proprie significationis verborum, & valle
apta ad explicandam conuersoriam, que per haec verba signifi-
catur & efficitur. Explico singula, quia pronomen (Hoc) sub-
stantiū sumptum, demonstrat substantiam, quia medius
accidentibus sensibus operatur. Ut confat ex vñ voca: in illi
autem verba Christi, pronomen (Hoc) significat suum, &
cum locum habeat integrum subiectum in propositione illa, & ergo
designat seu demonstrat in confuso eis suis substantiis contentis
sub illi speciebus. Dicentur enim hanc non poss. accommodari
forma calicis vñ pronomen non substantiae, sed adiective
sumitur cum dicuntur. Hic calix nunc testam vñm. Re-
spondit apud Matthaeum & Marcum in textu greco non legi. Hic est, sed, hoc est sanguis meus nunc testam vñm, & ita

suisse vertendum censet Iansenius c. 131. Concordie, & Cyprian. Epist. 63. ita legentem. Reservatur etiam Iulianus Lar-
tir, apol. 2. in fine: Latinus tamen interpres, vñgat in a-
sculino verit, Hic est, & ita legunt antiqui patres omnes, &
vñuerā Ecclesia, vt videre licet in omnibus liturgiis quæ in
4. Biblioth. referuntur & apud Cyprian. & Iulianus, ita
ita etiam habent emendationes codicis. Et potest redare
dem sensum: nam etiam pronomen masculini generi possit
substantiū accipi, vt apud Mattheum. 17. Hic est Ihesus de
leatus, & Exod. 16. Vbi interrogantibus hebreos, Quis in
Respondit Moyes. Hic est panis qui de celo descendit. Quis
hac adiectio ne interpretetur, subiectu intelligendo aliquid, propria
tate hic homo, vel hic cibus eadem modo interpretari vole-
nos huius forme, vt cum dicitur, hic est sanguis subiectu in
territ, hic potis, vel hic calix, sicut expressum habent Ioseph
Paulus. Et eadem ratione in forma panis subiectu possit
cum dicitur, hoc est corpus, hoc calix, vel hanc sensu
sub his speciebus, & ita redit idem sensus, quem hanc pro
ratio facit intendit, quia semper subiectu in significatione
aliiquid sub ratione communis id est panis & corporis Christi
vino ac sanguinimurum, sub ratione ciborum potius calicis,
vel vñtia sub his speciebus contentis. Deinde vñcet
hanc interpretationem, esse ac omnino adat proprietate
significationis verborum: quia & pronomen hoc, statim de pri-
tatur, demonstrat id quod praesens est sensibus: ergo deinceps
contentum sub his accidentibus, que presupponuntur, &
cuius in sensibus, & demonstrat illud substantiam con-
tentis sub speciebus, quare ratione etiam propositione
sensus, licet non in eadem re individuali & materiali, in
manet in termino prolationis, verborum: preposito ratione
vera ac propria, quia non designatur hac res materiali in
proprietate, sed simpliciter aut formaliter substantia in-
tentis sub speciebus, quod in fine prolationis est corpus Christi.
Dicitur videtur pronomen (hoc) designare substantiam
illam, quia tunc est sub accidentibus quando ipsum paterit;
quia illa est in se praesens, & pronomen (hoc) designat res
presentem, in se proprie videtur demonstrare hoc substantiam, in
quo includitur substantia, quatenus vnum concretum eam ac
accidentibus componit. Et augetur difficultas, quia pronomen
(hoc) ex propria impositione tantum designat substantiam,
cum haec accidentia inherant, que solum est substantia panis.
Respondetur ex doctrina tradit. a. precedenti, sed non pronomen
(Hoc) p. s. considerari: primo, per se, vi est simplex quidem
terminus, habens significationem complexam, vt hoc modo
significatio eius est vaga & multiplex, & quasi aqua:
enim signo (Hoc) ibi siendo ex vñ vocu possum deponere
vel solum accidentis, vel solum substantiam, vñtropo
ex vitroque. Quapropter dum prolat. ratione propositio, sa-
sa est significatio illius termini, & non ab aliis a propositio
terminetur. Secundo ergo potest considerari significatio ha-
ec vocis, quia enim est ex extremis discussus propositionis, & con-
tinuit vñum integrum significatum eius, quod non est, donec
soletur propositio, quia, vt Aristoteles dicit, propositio pos-
sunt aliquia quod fine extremitatis non est intelligere, &
hac modo significatio illius termini non est integrum donec ab aliis
propositio. Ad difficultatem ergo propositum respondetur illa
pronomen (Hoc) non designare substantiam panis, cum pri-
um possit, cum tunc habeat, quasi substantiam, & unde
suntiam significationem sicut: tantum ergo designat hoc
sensum, seu contentum sub speciebus, quicunque ratione pos-
sunt existere, in fine tamen prolationis determinatur ratione
dicari ad significandam, vel supponendum pro re contenta
accidentibus cui tale predicationis possit concreare. Et ha-
cique ostenditur hanc interpretationem esse apud ad signi-
ficandam conuersoriam, que per haec verba fit. Primum cum
per haec verba, hoc efficitur scilicet, vt contentum sub speciebus
sit corpus Christi. Deinde quia, cum in omnibus conuersoriam
natur aliquod vtrique termino communis, hoc acte signi-
ficiunt est, per subiectum huius propositionis. Vñ natum indu-
tur superesse difficultas, in hac sententia, quia in se tradit
interpretationem, hac propositione (Hoc est corpus meum, non

in singulari sed indefinita, aequivalens huic, contentum sub sensu, est corpus meum: consequens est contra proprietatem pronominis demonstrativi (Hoc) quod sicut significat singularem, ita & singularem propositionem constituit, presentem cum sit demonstratio ad sensum. Sato respondet, interdam per huc pronomina non demonstrari rem individuam sed communem, ut cum quis dicit, hec herba nascitur in horis, illud pronomen non significat hanc numerum herbarum, sed herbam huc similem. Quod exemplum videtur accommodatum, scilicet ad probandum huiusmodi pronomen demonstrativum non semper demonstrare directe, sed quasi in rectorem singulari & presentem, ut in dicto exemplo demonstratur, quatenus est similia huic qua sensibus obicitur. Et ita in parte ex parte contenti, ut sic, est quasi indefinita propositiones ex parte specierum in ordine ad quas sit demonstratio sensibus, est singularia: quia demonstratur contentum sub numero speciebus, unde sub formalizatione contenti potest quidammodo dicti idem numero designari, quia est eadem numerus forma, sub qua continetur.

Haec ultima sententia sunt probabiles, & magis in modo lequida quam ipsa differunt: Ultima vero simpliciter probanda est, quia constat pronomen (Hoc) non significare corpus Christi secundum propriam rationem eius, licet in prolatione rationum termino supponat pro illo tantum & de illo verificetur praedicatum. Constat insuper in principio prolationis pronomen (Hoc) neg. demonstrare definite ac determinate corpus Christi, neg. omnino carere significationem seu demonstrationem aliquam: quia statim demonstrat aliquo modo accidentia, seu aliud hanc connectionem seu habitudinem ad illa, quod omnime explicitur sub ratione contenti sub illis: ergo distincte nunquam designat corpus Christi, materialiter autem demonstratur illud in instanti, in quo absolvitur significatio verborum.

Nec semper huic interpretationi haereticis obstant. Illius contra 28. & 29. solutionem Beza, regulâ Philosophorum agnoscit: Nempe talia esse subiecta, qualia describuntur, aut afficiuntur a prædicatis, itaque cum in prædicato dicatur hoc esse quod probatur, non potest pronomen aliud demonstrare, quam illud, ad quod monstrandum adhibetur.

Q V A E S T I O V I I I .

Quid est verbum substantium Est?

Notandum primo existimo verbum Est, de quo tanta est concordatio in Syro non esse, ducimus verba sunt duntaxat, **אָנָּא בְּנֵי חַנָּא הַנְּגִיר** Hanau pagri. **חַנָּא כְּפָרָה** corpus meum. Quod si affixum quod adiunctum est eorum numerate lib. at, statueret esse. Nihil sensu Syrus deuixit; nam in talibus non modo elegerunt, sed energiam habent, si verbum omittantur. Sic & in vers. 28. **אָנָּא בְּנֵי חַנָּא דְּמִי** Hanau demi. **חַנָּא כְּפָרָה** Hanaithanupagi. **חַנָּא כְּפָרָה** Hanaithanupagi. Hoc est ipsum corpus meum. Lucas in consecratione eadem verba habet, quæ Matthæus. In calice **אָנָּא בְּנֵי חַנָּא** Hic calix. Paulus 1. Corinth. 11. 24. Matthæum sequitur, vbi de corpore loquitur.

Tota questio in eo veritur. An Est proprie, an tropica accipendum sit. Zwinglius enim pro Significatio usurpat, itemque Calvinus, Beza, alii. Vide Zwinglium Epistol. ad Alberum. Et lib. 1. de vera & falsa religione. Non tamen omnes Sacramentarii in ea opinione sunt. Oecolampadius à scipio dissidet. Virens in tract. de sacramentis, ait verbum est esse relinquendum, & veritas & existentia verbum. Tropum tamen ille ponit in nomine corpus. Boquinus opinio: Est, indicare communionem idiomatum, à Calvinis iam exploditur. Theophilus Alymantus lib. de te sacramentaria miserime tricaris, fingeque de ratione hypostaticae differentia specifica. Verum est in opinionem iam Calvinianum explodunt.

Orthodoxi vero multis demonstrant verbum Adamum Conzen in Ewang. Tom. I.

substantium, communissimum, non posse in aliam significacionem trahi. Bellarminus lib. 1. cap. 10. do-
cet alia verba resoluti in verbum est, & aliud, ut, ho-
mo ambulat, idem est ac si dicas: Homo est ambulans.
Si verbum Est ad aliam significacionem traducatur, non potest sic resoluti. Posset quidem responderi. Si propositionis Christi: **Hoc est corpus meum**, resolutur, & oportere hunc in modum resoluti. **Hoc est significans corpus meum**. Quod si sit, iam substantium verbum est, resolutum in se & aliud; nam significat esse, & significans esse, id est semper includitur in eo a-
lio, in quo resoluti dicitur. Nam significare est esse significans, seu esse signum.

Negat etiam Bellarminus copulam, quæ subiectum & prædicari est connexio, posse sua significatio priuari. Hoc verissimum est; nam Est cum sit vinculum subiecti & prædicati, non potest eam proprietatem amittere, quin tota propositione dissoluntur & esse desinet. Et noster Maldonatus non Graece, non Latine, non Hebreice Est, acceperit pro significat, ut cum dicunt agnus est pascua, non est figura in verbo substantiu, sed in dictione Pascha: quæ non pro transi-
tu, sed pro agno accipitur. Quamuis & hic alia ratio sit.

§. 3. Arguit hoc loco pugnat Martyr pag. 3. con-
tra Gardinerum. Verbum Est ait esse idem ortho-
doxis, quod sit, vel transubstantiatur. Ide etiam no-
sis affingit Vorstius Tessellad. p. 2. pag. 226. Et vos
accusat, quasi *to err* minime obseruerimus. Quare
pontificis nihil haec verba patrocinantur, sed potius causam
ijsorum grauisime ladant, quippe quorum neque veram *Ag-
ravias*, neque *errant* ipsi tenemus. Sed argumentum Mart-
yris ait: *[Nam alioqui falsa esset propositione: & Hoc est corpus meum, prius enim debet esse fes, quam pronuntietur eam esse: vera enim est propositione, si res ita se habeat, non contra ac præfetim secundum Catholicos, qui volunt haec verba esse causam conuer-
sionis panis in corpus Christi: semper enim causa est prior suo effectu. Sed corpus Domini non est in Eu-
charistia antequam dicatur, est, ergo falso dicitur, est, & nisi sumatur pro fit. Præterea ista oratio est operato-
ria ex sententia Papistatum, sicut illa: *Fiat lux; ergo est verbum, est, debet sumi pro fit.*]*

Respondet S. Thott. 3. p. 78. art. 2. & 5. (nam ex eo obiectione accepit Martyr, solutionem omisit, quia sibi putabat non profuturam) Respondet ergo S. Thomas, & ex eo Bellarminus l. t. c. ii. de sacramentis. Verba illa consecratio non habere perfectam significacionem, nisi in ultimo instanti, quo proferitur ultima vox: pender enim intellectus: donec ad finem veniat; in eodem autem ultimo instanti ponitur effectus verborum in esse, id est, conuer-
sio panis in corpus Christi. Neg. obstat quod verba non videantur habere ultimum instantis positivum cum finiantur per motum. Nam etsi non datur ultima pars motus, & proinde verbo-
rum: tamen datur ultimum mutatum esse, & proinde ultimum in instanti ultimum verborum; quomodo in linea non
datur ultima pars, datur tamen ultimum punctum. Quare si
mult tempore sunt completa significatio verborum, & conuer-
sio panis in corpus Christi: ordinem natura inuicem se
precedunt, & sequuntur hec duo. Nam verba illa quatenus
causa sunt illius conuersiois, procedunt conuersionem: & con-
tra quatenus veritas propositionis pender a rei essentia, conuer-
sio procedit significacionem.

Verissime Bellarminus, addere tamen lubet, quod aduersariorum ostendat inperitiam. Nam in omni propositione ita est habet, ut nec veritas sit nec falsitas propositionis, nisi in toto complexu, & quod absolu-
tum. In eo enim solo conformitas intelligentia & rei, toto com-
plexu itaque cum dicitur. **Hoc, vel, est, nondum veritas, non** complexu pro-
dum falsitas apparet, sed cum additur: **corpus meum, positionis** Hoc vel dialecticorum pueris nota sunt ex Aristotele's est.

Verba ante §. 3. At Catholici verba efficientia iudicant, sunt ergo causa præsentiæ, sunt ergo priora, sunt ergo ante rem factam vera: quod naturæ repugnat. Respondet Bellarminus; quatenus sunt causa conuerctionis præcedere, quatenus veritas eorum à rei essentia pendet, conuersione præcedere. Hoc quia imperio non capiunt, trident; facilius & tenem calumpniam, quam discere. Constat inter Philosophos; aliud esse verba, seu enunciationem, aliud veritatem & falsitatem, λόγος ἀπόφασις apud Aristotel. lib. 1. de interp. cap. 4. definitur, εἰς τὸ ἀληθῆ λέγει, ἡ ἀληθεῖα ἀπόφασις; *Oratio enunciativa est, in qua verum, aut falsum est.* Verum tamen & falso, cum sit analogia, conformitas, vel disformitas orationis cum re de qua affirmatur, vel negatur aliquid, natura posterior est ipsa oratione. *Oratio igitur, seu enunciatio essentia liter perfecta*, cuius essentia in affirmatione vel negatione consistit, causa est conuerctionis, conuersio effectus est simul tempore, natura posterior. Idem tamen effectus veritatis propositionis est prior, sed natura, non tempore. Ideo enim vera est propositionis, quia res ipsa est; non igitur propositionis veritas est causa conuerctionis, sed conuersio effectus propositionis, et causa veritatis. Sinoile aliquid, sed male tentant in mala causa sectari: ut mirum sit eos hic Scholasticis obiectionibus veritatem oppugnare. Eide sola autem, se iustificari: Fides ea est, ut credant se esse iustos, peccata sibi non imputari. Cum primum igitur huncanimus actum cogitatione credula promunt, Non imputantur mihi peccata: mox rem sua sunt, ut ipsi credunt. Hic querunt orthodoxi. Quomodo facere possint vid credant. Nam cum credunt, nondum erant remissa, fides enim remissionis est instrumentum. Ideo natura prior, quam remissio, ideo eius obiectum, cum ipsa est actio nondum est.

Hic varia respondent irritu copatu, sed nostra distinctione vni non possunt, non enim actio credendi est effectiva, sed opus habet, ut sit obiectum, cum

QVÆSTIO IX.

Quid est Corpus meum?

Corpus §. 1. **H**ic alii corpus mysticum seu Ecclesiam, alii signum interpretantur, &c horum est maximus Christi non pars inter Calvinistas, ut ex Catalogo etiam apparet Ecclesia, tert. Plane absurda est interpretatio de corpore my-

stico, seu de Ecclesia. Neque enim panem voluit dicere esse Ecclesiam, aut signum siccare, at illi panem annis esse subiectum propositionis. Neque Ecclesia pro nobis tradita est, sed Christus Ecclesia redemptor & sponsus. Quod si hoc etiam reuocemus verba, quibus sanguinem confracto fecit, multo minus Ecclesia esse potest, neque enim sanguis Ecclesia, aut ipsa Ecclesia sanguis effusus est pro Apostolis. Curdenique diceret: accipite, comedite, bibite Ecclesiam: & biberent ex ea omnes: sunt illa prouersis atropo, & vero est apud Graecos; οὐ μὴ τὸ πετρινὸν κρινεῖτε, εἰ μὲν γάρ ἐγώ εἰμι. Ocream fronti, tibiae galeam inducunt. Non magis haec, quam ista cohaerent. Hac igitur expeditio in incububilis, quibus orta sunt petri, & Caluinus & Beza eam oppugnant, puderque recensiones tam improbi, putidque commenti. Minus etiam conuenti verbis, quibus calicem consecrat Dominus, nam sanguis Ecclesia dici non potest. Nec Ecclesia sacramentum est, sed sacramenta virtus.

§. 2. Nec melior tamen altera. Nam figura corporis non datur pro nobis, nec signum sanguinis funditur, sed corpus, & sanguis. Habet Lucas propriae suis discipulis, Paulus i. Cor. ii. 27. & 1 Cor. x. 17. quod franguntur. Hac sunt ad sacrificium in cibentrum, sive passionem referantur, non possunt nisi verum corpus, & verum sanguinem nobis indicare, quod apud Lucam est absursum. Nec Caluinus aut P. Martyr refutantur argumentum. Cum aiunt corpus dici, non signum, sed corpus, eo, quod corpus sibi signum efficacissimum a signis inanibus diuersum. Nihil enim ad eum pertinet. Nam imago quamcumque praestans signum nobis expensa est, sed virginitus Dei filius. Frustra ergo figurarum & signorum ficticia efficacia, & maiestate Ecclesie illudunt, ut Christum illi respiciant. Propriis autem verbi, vtrendum esse, testamento, fidei, & legis sanctitatis, claritas, vobis conuicta sit. Sicut hic quod dicit Christus esse corpus suum, est umbra corporis, par modo cum Deus dicit, Christum esse illum suum, cum Christi corpus crucifixum disiuratur, umbra corporis dicere possemus. Denique omnes Euangelista, interpres, scriptura idem docent, vobis antiquitatis & Ecclesie.

QVÆSTIO X.

*Qua heretici contra verba institutionis oby-
cere soleant?*

§. 1. **N**on est nouum laudissima quæque coniunctio
impiorum impeti, iam in iusto clamabant, de-
rus est hic sermo. Mauna cibum leuissimum in deserto atra-
seabundi Israëlitæ appellebant.

Murmurat impietas manna veniente reficit.
Panu adest Christus, murmurat impietas.

Fons eius est, omnipotens et ignoratio cum superba presumptio, qua eam te comprehendere posse arbitramur, non capiunt, quomodo sub pauca la specie panis Christi totum sit corpus. Eo in quo ducti Vorstius, & alii, etiam diuinam immensitatem negare creperunt. Non enim capiebant, quomodo in quolibet corpusculo Deus immensus esset praesens, & totus ubique.

¶ 2. Primum argumentum est Berengarii apud Guimundū l.2. Nota demonstrationis id significat, quod manu Dominus gestabat, cum diceret: *Hoc est. Sed in manu panis erat. Panis ergo demonstratur. Respondeat Guimundus. Non demonstrari panem, sed Christi corpus. Hoc quod fuit panis, est corpus meum, corpus in quam communi conceptu apprehensum, viante exposui, atque haec adeo est sanctorum patrum sententia,*

gimur, inquit, velimus, nolimus, agnoscere. Haec verba: Hoc est corpus meum non aliter ac proverbiorum proprio sensu esse intelligenda, sed symbolicè, sacramentaliter, denominatiue, aut *metonymiæ*, hoc modo: Hoc est corpus meum, id est, hoc est sacramentum mei corporis, sine hoc est corpus meum sacramentale, sine mysticum, id est, quod vere a sumptu mortis obiecti symbolum sacramentale vicarium.]

Sic Occolampad. ad Epist. Pomerani. Ad Theobald. Bellicarum vero idem illo aliud sentit videtur. [Igitur aperte quid credam habet: sacramentalia signa, quibus sacramentalis promissio confirmatur, qua remittuntur peccata mea. Ut credibilior sit infirma conscientia meæ, non mihi sunt panis & vinum. Nihil enim de me, qui maiora quo, qualis panis vel vinum adhibeat, sed requiro mirabiliora quædam, ad imbecillam mentem meam solidandam efficaciora: illa autem non sunt nisi ipsum corpus, & ille ipse sanguis non figura vel corporis, vel sanguinis, sed corpus quod traditum est & passum pro meis peccatis: similius & sanguis, qui è latere profluxit, & pro meis peccatis effusus est. Et in hoc modo similius ceteris verbis Christi, qui dicit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Et hoc est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis effunditur.]

Cum illo dicto contentit Mafculi Dusai pronuntiatum: [Cauenda est autem expositio illa, qua verba Christi, idem esse putantur; atque si dixisset: Accipite & manducate. Hoc significat corpus meum, & hic calix significat sanguinem meum. Nam hoc non agit Christus ut ostendat panem hunc significare corpus suum, vel ut quidam interpretantur, hoc in ordine rerum coelestium esse corpus ipsius, quod panis est in ordine rerum terrenorum, licet enim id non sit alienum à veritate. Ut & Ioann. 6. tractatur, aliud tamen hic agitur, dominum datur non signum declaratur.]

Quin ille eti panem & vinum signa sacramentalia dicat, contra Zwingliam tamen veritatem vtcunque afferit. [Duplex est signorum genus: significatiuum vnum exhibitiuum alterum, &c. in baptisme, & pane in cœna Domini: non recte dicitur: Baptisma significat ablutionem peccatorum; Unde & ad Paulum non dicebat: Surge & accipe signum ablutionis peccatorum, sed surge & ablue peccata tua. Item panis est corpus Domini & fractio panis, est communica: corporis Domini sicut Paulus loquitur. Interam tamen non negatur, istorum sacramentorum elementa recte vocari signa sacramentalia, & signa externa, modo discernantur a signis significatiuum tantum, & intelligenti signa esse exhibita: Vbi ergo verba Christi exponenda sunt, ibi fugienda cœta expositio, quæ exhibitionem corporis & sanguinis Christi, cum illa sit in hoc sacramento principals Christi scopus, non exprimit, sed significationem tantum illorum adserit.]

Et deinceps. [Proinde optarim, inquit, id obtinere inter fideles, ut panis Domini in cœna, iam non pro pane, sed pro ipso corpore Domini, & vinum, non ut vinum sed ut Christi sanguis habeatur. Christus dixit: Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. Dicat ergo Christianus, Domini sui verba lecitus: Non panem accipio, non vinum bibo, sed corpus Christi sumo, & sanguine Christi recreor. Quid enim aliud de mensa Domini acciperem, quam quod ipse coniuicior Christus conuiuiis suis dare se dixit? Corpus suum dedit, non panem, sanguinem dedit non vinum. Alium cibum, alium potum in cœna Domini agnosco. Hic est non oculorum, non oris, sed fidei, sensus, qui non oculorum autoris sed auditivæ verbæ Christi iudicium sequitur. Interam tamen ut supra monui non est neganda panis & vini substantia, sed corporis sensibus relinqua.]

Identidem tamen ingerunt significationem sacra-

